

Fr. Burgers
Dijcki
IDEA POLITICA
cum
Annotationibus
GEORGI HORNI.
LUGD. BATAV.
Apud FELICEM LOPEZ de HARO
cIↄ Iↄc LXVIII.





Naſcentem placido quem lumine vidit APOLLO,
Cui dedit argutum Muſa ſonare melos.
Legibus excultum THEMIS *hunc decoravit honore*
Sic gemina lauro Nobilis, ABBA *viget.*
Exhibet hanc ſpeciem ſculptor: ſed Apolline plena,
Et Themide ingenium tot monumenta probant.
IOHANNES CHRISTENIUS.

Clariſſimo & Doctiſſimo

J.C. BARTHOLOMÆO ABBÆ,

Amico & fautori ſingulari,

GEORGIUS HORNIUS

S. P. D.

VEnit ad te Præſtantiſſime ABBA, ut ipſe deſideraſti, Idea Burgerſdickii Politica, noſtris qualibuſcunque illuſtrata annotationibus, quam tibi gratam fore ut nullus dubito: ita eam animo benevolo recipias, pignus & monumentum mei erga te affectus, pro amicitia noſtra etiam atque iterum rogo, neque tam munus, ſi mea ſpectes, Levidenſe, quam ipſum Autorem de Publica re optime me-

meritum, animumque offerentis reſpicias. Quanquam enim hujus generis extent plurima ſcripta, pauci tamen brevitate ſuccincta nec minori perſpicuitate hanc materiam nobiliſſimam ita pertractarunt ut ſtudentium operæ ac deſiderio ſatisfaciant. Tibi certe gratum fore hoc opuſculum propterea etiam arbitratus ſum, quod ea ſis eruditione & ætate ut rectiſſime de talibus judicare poſſis. Nam & Juriſprudentiæ ſub Celeberrimo Doctore JOHANNE CHRISTENIO, amico & Collega quondam in Hardervicena Academia veteri, nunc vero Amſtelodamenſis Lycei fulgentiſſimo lumine, eam dediſti operam, ut ſummum illius faſtigium merito aſſecutus

fueris, & humanioribus ſtudiis ita deditus ut & quotidianam in iis acceſſionem facias. Quid enim carminibus tuis Belgicis ſublimius? quo in ſcribendi genere eam jam obtines famam quam alii tota vix aſſequuntur vita. Ita Themidi pariter & Palladi ſacer, utriuſque divæ ſacra, capaci animo tractas, nec expectationi publicæ ſatisfacis tantum, verum eam inſuper ſuperas. Accipe igitur libellum tuo nomini ſacrum ac editorem ejus, ut hactenus, ita impoſterum, tibi commendatum habe. Lugd. Batav. VIII. April. cIↄ Iↄ c LXVIII.

Ad

Ad Lectorem.

Poſtquam nuper M. Zuerii Boxhornii *noſtris qualibuscunque annotationibus illuſtrata, in lucem prodiit Politica, nunc ejuſdem argumenti* Idea Politica Franciſc. Burgersdickii, *Typographo urgente, ſequitur, nullo ſane nominis aut famæ ſtudio (neque enim talia in eum finem conſcribuntur, extemporanea utplurimum & in uſum ſtudioſorum privatim tradita) ſed ut exemplarium delectum Tyrones ac compendia, clarorum authorum haberent quibus ſtudia ipſorum derigerentur.*

rentur. Quapropter nemo in his ac ſimilibus eam expectare debet ἀκρίβειαν *quæ in aliis cum cura & intentione mentis elaboratis requiritur: ſed ſufficit vulgares opiniones breviter, clare & diſtincte recenſeri ac velut rudimenta quædam horum ſtudiorum tradi, quibus diſcentes ſuo poſtea genio & induſtria propria ſuperſtruant, quæ major ætas, uſus & experientia, ſuppeditare poſſunt. Vale Lector & his interea fruere, dum alia majoris momenti ſequuntur.*

IDEA

IDEA DOCTRINÆ POLITICÆ.

Cap. I.

De Rebup. in Genere.

POLITICA eſt doctrina Rempubl. recte conſtituendi ac gubernandi. Hæc enim duo ita ſunt conjuncta, ut ſeparari nequeant. Etſi enim Reſp. non ſemper ſit conſtituenda: nemo tamen cenſeri debet Remp. poſſe gubernare, niſi qui eam poſſit conſtituere.

2. Reſpu-

Theſ. 1. Vox Politicæ, nullam fere habet ambiguitatem, ſed vox concreta Politici, illa habet quinque ſignificationes.

I. Pro quolibet genere ſeculari.

II. Pro illo qui inſtructus eſt ſcientia Politica.

III. Pro eo qui decore verſari poteſt cum hominibus.

IV. Pro eo qui optime poteſt ſimulare & diſſimulare ſive pro Machiavelliſtis.

V. Pro eo qui longo uſu & experientia verſatus

2. Reſpublica eſt ſocietas plurium familiarum ſub eodem magiſtratu,iiſdemque legibus degentium. Vel ſic, Eſt familiarum rerumque inter illas communium ſumma poteſtate,ac ratione moderata multitudo.

3. Hinc

tus eſt in Repub. & optimam ejus adminiſtrandi rationem tenet. Et hi ſoli ſunt Politici. Priores vel falſi vel impropriè dicti.

Genus Politices proprium & adæquatum eſt prudentia, quia eſt habitus practicus, non vero Theoreticus.

Quæſtio. *An Politica certis præceptis tradi poßit?*

Ratio dubitandi, quia verſatur in mere contingentibus.

Solutio. Eventus eſt contingens, cauſa autem poteſt eſſe certa & determinata. At in Politica non judicatur ex Eventu. Sed ex cauſa.

Partes Politicæ duæ ſunt & { Conſtitutrix. / Gubernatrix.

Theſ. 2. Reſpub. ſumitur vel late { & ſic complectitur tres ſpecies, Monarchiam, Ariſtocratiam, Democratiam.

vel ſtricte { & ſic opponitur Monarchię. & hæc poſterior ſignificatio obtinet in vulgari uſu.

Familia requirit tres perſonas, Maritum, Uxorem, & ſervum. Liberi enim non ſunt partes familiæ, ſed effecta & finis.

Quę-

3. Hinc ſequitur, Rempubl. non poſſe conſiſtere in una familia, quamvis ſit numeroſiſſima, imo ne in duabus quidem, ſed in tribus minimum, quia ad collegii conſtitutionem JCti tres perſonas neceſſarias eſſe volunt.

4. Secundò ſequitur, manum aut cœtum latronum non eſſe Remp. quia ut ex pluribus familiis poſſit conſtitui: tamen non poteſt Reſpub. dici, quia recta ratione non regitur.

5. Politia ſive politica ſocietas, originem traxit à natura. Homo enim ſua

Quæſtio. *Quot familiæ requirantur ad conſtituendam Rempublicam?*

Reſp. Tres ad minimum, ut ſi vel unus Pater familias reliquis duobus, vel duo uni, vel tres ſimul reliquis imperarent, id poſſet facere rempublicam etiamſi parvam.

Quæſtio. *Num Civitas in quam diverſis Magiſtratibus poteſtas competit, recte una Reſp. cenſeatur?*

Reſp. Aff. Si ſummum Imperium ſit unum. *Neg.* ſi diverſum.

Theſ. 5. Cauſa Efficiens Politiæ impulſiva interna eſt natura, lumen naturæ ſive recta ratio.

A 2 Theſ.

ſua natura eſt animal politicum, quod tam ex ſermone, quàm ex illius uſu manifeſtum eſt.

6. Hanc tamen naturæ propenſionem excitaverunt tum egeſtas, tum periculum. Quia enim uni familiæ non ſuppetunt omnia ad bene beateque vivendum, & ad propulſandam violentiam, iujuriamve, quæ ab aliis in-

Theſ. 6. Impulſivæ Externæ poſſunt eſſe variæ, tres autem præcipuæ: Mutua indigentia, mutua defenſio, & ſtudium religionis.

Quæſtio. *Vtrum in ſtatu innocentiæ ſive ante lapſum fuiſſent futuræ Politiæ?*

Reſp. Aſſ. quia futuræ fuiſſent leges, Ergo Magiſtratus & ſubditi.

Objectio. Non fuiſſet peccatum, Ergo non lex, non Magiſtratus. Ex hoc tale oritur argumentum.

Ubi non eſt peccatum, neque actu, neque potentia, vel ubi nec eſt, nec eſſe poteſt peccatum, ibi non eſt Magiſtratus vel Lex. Atqui ante Lapſum non fuit peccatum nec eſſe potuit, Ergo &c.

Solutio Argumenti. Hoc negatur. Secundo negari poteſt ante lapſum futuras fuiſſe Politias, nimirum plures, ſive ejuſdem ſpeciei, ut plures Monarchias, vel Ariſtocratias, vel Democratias, ſive Diverſas. Nam probabile eſt unam tantum futuram Monarchiam.

Theſ.

inferri ſolet, plures familiæ ſeſe conjunxerunt, & ſocietatem iniverunt.

7. Et ne confuſio hiſce finibus obeſſet, omnes paucorum, vel etiam unius imperio ſeſe ſubmiſerunt,in quo prudentiam deprehendiſſent,& egregiam animi virtutem.

8.* Quare falſum eſt, quod nonnulli Politici docent, Imperia & Reſpublicas, vi primum coaluiſſe, & ex bello ortam eſſe ſummam imperandi poteſtatem. Non enim factum eſt ut reliqua multitudo unius imperio ſe ſubmitteret, quia ille in bello ſe pro duce geſſiſſet, ac cauſa victoriæ ſuis ſectatoribus exſtitiſſet: ſed ideo potius ſe uni ſubmiſit, ut illius prudentia ac fortitudine vinceret.

9. Societas Politica ex tenuibus principiis orta eſt. Primum enim paucæ familię gentilitię vicum conſtituerunt. Familias gentilitias appello, quæ ab uno aliquo ortum ducentes, ſanguinis conjunctione inter ſe devinctæ

* *Bodinus lib. 1. cap. 6.*

ſunt. Deinde etiam familiæ peregrinæ gentilitiis ſeſe permiſcuerunt, aucto numero familiarum, pagi primum deinde urbes conſtitutæ ſunt.

10. Ac primo quidem ſola Politica ſocietas ſatis tuta videbatur ad arcendas externorum injurias, ſatiſque inſtructa ad omnes vitæ commoditates comparandas: ſed poſtea, creſcente hominum malitia, urbes mœnibus, foſſis, & vallis cœperunt cingi, ut tutiores eſſent, non ſolum contra externorum violentiam, ſed etiam contra indigenarum rebellionem ac malitiam.

11. Quin poſtea plures etiam urbes inita ſocietate redactę ſunt in eandem Rempub. idque vel pacto, vel jure belli, ſive vi. Pacto; ut plures urbes ſocietate contracta, tutiores viveverent

Theſ. 11. Tales Reſp. vocantur confœderatæ ſive unitæ, & exempla illuſtriora ſunt Reſp. Achæorum & Ætolorum in Græcia Helvetiorum, & Provinciarum Fœderati Belgii ſeptem, & LXXVII. Civitates Hanſeaticæ.

Theſ.

verent mutuo auxilio Jure belli; quando factum eſt, ut urbs armis ſubacta, in alterius poteſtatem conceſſit.

12. Et certè videtur rebus humanis expedire, Reſpub. ex pluribus civitatibus conflatas eſſe, cum ſingulæ non habeant ſatis præſidii, ad vitam commodè & tutò tranſigendam.

13. Finis doctrinæ Politicæ eſt, felicitas univerſæ Reip. quæ in eo ſita eſt, ut omnes pie probeque vivant: deinde ut omnia iis, quatenus fieri poteſt, ſuppetant, quę ad vitam commodè degendam neceſſaria ſunt, & ad res communes, & communia jura civitatis adverſus vim externam, defendenda. Ex hiſce duabus rebus tranquillitas oritur & concordia civium, quod eſt maximum Reipub. robur.

14. Ad publicam Reipub. felicitatem

Theſ. 12. Tales ex ſingulis civitatibus Reſpublicæ ſunt noſtro tempore tres. Raguſa in Dalmatia, Geneva in Sabaudia, & Luca in Italia.

Theſ. 13. Finis Reipublicæ hæc eſt; Salus Reipub, ſumma lex eſt.

tem pervenitur prudentia regendi, & promta,ac benevola voluntate parendi.Illud requiritur in magiſtratu; hoc in ſubditis.

15. Et quamvis præſtantius ſit regere quam regi, imperare, quam parere; falſum tamen eſt,quod Machiavellus docet, ſubditos ſimpliciter eſſe propter principem, ejus mancipia, in quæ poteſt pro libitu dominari.Quin contra magiſtratus ſunt propter ſubditos. Non enim inita eſt ſocietas politica à pluribus, niſi ut ſingulis in ſocietate bene eſſet.Quod ut fiat, debet dare operam magiſtratus, prudenter imperando.

Theſ. 14. Huc pertinent verba Taciti: Dii Principi ſummam Imperii dedere, cæteris relicta eſt obſequii gloria.

Theſ. 15. Hoc Machiavelli Dogma non habet locum in Orbe Chriſtiano præterquā apud Ruſſos ſive Moſcovitas Nam Magnus Dux Moſcoviæ abſolute ſubditis ſuis imperat, omnes ac ſingulos pro mancipiis habet, in quorum vitam & facultates ſummam poteſtatem ſibi arrogat; obtinet etiam in tota Aſiâ & Africa, apud Turcas, Perſas, Tartaros, Chinenſes, Japonenſes, per Univerſam Indiam Orientalem.

CAP. II.

De Monarchia, & naturalibus Monarchæ dotibus.

POlitia ſive ſtatus Reipub. vel eſt ſimplex, vel mixtus. Status ſimplex dividitur in Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam. Monarchia eſt ſtatus in quo cæteri omnes unius imperio ſubſunt.

2. Monarchia eſt ſtatus ſimpliciſſimus

Th. 2. Quæſtio. *Quænam Forma Rerump. omnium ſit optima, & præſtantiſſima?*

Reſp. Monarchia non eſt optima.

1. A difficultate inveniendi unum aliquem, qui inſtructus ſit omnibus illis virtutibus ad imperandum neceſſariis. Rariſſimè enim occurrunt, quorum mens tantæ molis capax eſt, ut Tiberius apud Tacitum loquitur.

2. A facilitate corruptionis, tum per mortem, tum etiam per vitia.

Democratia quoque non eſt optima.

1. Quia nimis confuſa, propter multitudinem imperantium.

2. Quia minime apta ad res præclaras gerendas.

Ariſtocratia quoque non eſt optima.

1. Propter perpetuam æmulationem inter Patricios & Plebejos.

2. Propter factiones ipſorum inter ſe optimatum.

 Ergo

mus maximeque ordinatus : ideoque natura ſua firmiſſimus. Quin etiam hæc gubernatio facilior eſt, faciliuſque finem ſuum aſſequitur. Attamen habita ratione humanę imbecillitatis, non ſemper expedit aliis Reip. formis monarchiam pręferri. Sæpe enim ſubditorum indoles monarchiam ferre nequit. Tum etiam periculoſum ſummam rei verſari in uno capite.

3. In Monarcha ſive principe ſpectanda eſt natura, virtus, & cauſa principa-

Ergo ut conſtituatur perfectiſſima forma Reipub. Componenda erit ex his tribus, cum enim ſingulæ formæ multa in ſeſe habeant mala & multa quoque bona atque præclara, illis omiſſis & vitatis, hæc nimirum bona eligenda ſunt, & in unam formam Reipublicæ compingenda: Et talem Remp. habent Veneti, quorum Dux repræſentat Monarchiam, Senatores decem ſive Optimates Ariſtocratiam, & denique reliqua Magiſtratuum multitudo Democratiam ſive Populum, Unde & Reſpublica Venetorum omnium perfectiſſima eſſe videtur.

1. Monarchia conſiderata in abſtracto eſt perfectiſſima propter unitatem : conſiderata in concreto ſive in ipſo Monarcha non eſt optima forma, ſive optimum Regimen.

2. Monarchia eſt optima alicubi non ubique.

Theſ.

cipatus. Naturæ nomine intelligo ſexum, corpus, patriam, domum, ętatem & fortunas. In quibus ſingulis aliquid obſervandum eſt.

4. Primum ergo (ut à ſexu ordiar) imperium monarchicum mari potius quam

Th. 4. Quæſtio. *Vtrum fœminæ ad Rempublicam gerendam ſint admittendæ?*

Reſp. Abſolute loquendo non ſunt, & quicquid dicatur pro fęminis, firma ſunt argumenta, quæ proponit Author, nimirum fœminarum Imperium eſſe contra ipſam naturam. Fluxit autem Imperium fœminarum ex illo errore, quod quædam gentes exiſtimaverint, Regna & Imperia, ſicut privatas hæreditates eſſe hæreditaria, hinc deficiente prole maſcula, etiam ad ipſas fœminas dilatum Imperium, ſed male quia nimirum proprie loquendo nullum omnino Imperium, Regnum, principatus ſunt bona hæreditaria, alia enim ratio eſt privatæ poſſeſſionis, alia vero Reipub.

Exempla fœminarum, quæ præclare Rempub. geſſerunt, hæc præcipua ſunt: Semiramis, Regina Aſſyriorum, Margareta Regina Daniæ, & Elizabetha Angliæ. Hinc prudentiſſime apud Gallos decretum fuit perpetua Lege, ne unquam fœminæ admittantur ad ſucceſſionem Regni, quæ Lex appellatur Salica, ad quam confirmandam, quidam ridicule adduxit verba Chriſti apud Matt. cap. 6.

quam fœminæ committendum eſt, 1. Quia mas dominus familiæ, & caput mulieris, ergo & Reip. caput eſſe debet potius quam fœmina. 2. Quia mas ad imperium natum eſt, fœmina ad parendum. 3. Quia fœmineus ſexus omnibus naturæ dotibus inferior eſt ſexu maſculino.

5. Interim tamen non ſunt fœminę penitus à Rep. ejuſque regimine removendæ. Quia natura ſæpe fœminas ſolertes facit; induſtria, literatas; educatio, probas ac pias; & experientia prudentes.

6. Requiritur ſecundò in principe auguſta ſtatura, & pulchritudo: quorum

cap. 6. Lilia non nent, intelligens per Lilia Regnum Francorum, quia hoc inſigne ejus per netrices ſexum fœmineum.

Theſ. 5. Quæſtio. *An fœminæ prorſus à Rep. removendæ?*

Reſp. Imo penitus; quia nunquam legimus in ulla Ariſtocratia, vel Democratia fœminas unquam ad inferiores Magiſtratus, nedum ad ſummos admiſſas eſſe.

Theſ. 6. Etiam in uxore Principis. Hinc cum Agis

rum illa plurimùm pollet ad autoritatem, hæc ad benevolentiam: omnes enim fere ſic judicant, externam ſpeciem corporis eſſe indicium animi.

7. Tertiò præſtat indigenæ potius imperium delegari, quam peregrino.

1. Quia

Agis Rex Lacedæmoniorum puſillam duxiſſet uxorem, noluerant Ephori ejus liberos admittere ad ſucceſſionem Regni, hac ratione, ne Regulos potius, quam Reges procrearent.

Th. 7. 8. In Polonia contrarium hodie obſervatur, qui extincta familia Jagellonis, ab eo tempore: non niſi exteros Reges admittere voluerunt, addita hac ratione, quod cum ipſi æquali nobilitate & dignitate ſint, non poſſint pati ut unus ex iſtis omnibus imperet. Hinc quotieſcunque aliquid ad Electionem Regis indigenæ inclinaret, acerrime reſtituerunt. Creaverunt autem hos Reges exteros, Stephanum Battorium Tranſylvaniæ Principem; eo mortuo Ducem Aurelianenſem Henricum, qui poſtea Rex Galliæ, hujus nominis tertius fuit, poſt hunc diviſi factionibus, aliqui Maximilianum Archiducem Auſtriæ, aliqui Sigiſmundum Sueciæ Regem, cujus filius hodieque Caſimirus regnat. Hæc ratio fuit cur ſuperiori ſæculo Carolus V. Rex Hiſpaniæ in ImperatoremGermaniæ electus fuerit, quia nemo Principum in Germania tantis inſtructus erat opibus, ut Bellum contra Turcas & alios hoſtes gerere, vel etiam Principum factiones ac diſſidia ſua autoritate componere poſſit, de qua re legantur orationes Electorum in commentariis Sleidani.

Th. 9.

1. Quia magis amabit ſubditos, magiſque ab iis amabitur. 2. Quia peregrinus mutationem volet moliri, Remque publicam ad mores ſuos componere, quod ſine periculo fieri non poteſt. 3. Quia hoc ignominioſum genti cuique, externum principem quærere, quaſi inter eos nemo ſit, qui principatum gerere poſſit.

8. Interdum tamen ſingulares circumſtantiæ poſtulant, Reipubl. que neceſſitas, ut externus princeps advocetur, qui tum virtute incomparabili, tum potentia Rempub. labaſcentem poſſit erigere.

9. Quarto, Princeps debet eſſe nobili loco natus. 1. Quia omnes judicant nobilibus ineſſe ſemina virtutum eoſque procliviores eſſe ad impetus he-

Th 9. Multi tamen Reges ab aratro petiti fuerunt, veluti apud Polonos Piaſtus ruſticus ſive agricola, cujus progenies per multa ſecula regnavit. Apud Bohemos Premizlaus. Apud Tartaros Zingis Chan faber ferrarius. Et inter Romanos Imperatores quam plurimi ex infima plebe propter virtutem ad Imperium evecti fuerunt.

T. 11.

heroicos. 2. Quia ipſum ſtemma & inſignia nobilitatis & recordatio magnarum rerum à majoribus geſtarum, reverentiam & autoritatem principi conciliat.

10. Quinto, Ætas principis ſit matura. Itaque puero aut admodum adoleſcenti non eſt permittendum imperium. 1. Quia non poteſt eſſe prudens. 2. Quia iſta ætas nimis eſt flexilis. 3. Quia non poteſt pollêre autoritate.

11. Si tamen principatus ſucceſſione defertur, liberi principum defunctorum non ſunt arcendi ab imperio: ſed procuratores Reip. aut ephori (ut eſt parlamentum in Angliâ) regimen Rei-

Th. 11. Principatus ſucceſſivus ſemper deprehenditur infælix eſſe ſub principe impubere, ac in tutela conſtituto. Videantur triſtia exempla quæ contigerunt ſub Carolo IX. impubere in Gallia, & quæ contingerunt ſub Ludovico XIV. In Anglia ſub Eduard. V. & ejus tutore Richard. III. ut jam proverbio dicatur; Franciam ſemper eſſe miſeram ſub Rege puero; & conſentit Scriptura, væ populo cujus Rex puer eſt.

T. 12.

Reipub. uni aut pluribus procerum committere debent, dum princeps adoleſcat: diligenter interim caventes, ne tutores illi regnum ſibi vendicent.

12. Etſi autem virilis ac vegeta ætas maxime ſit idonea ad principatum; non tamen videtur æquum, ut princeps abdicetur imperio propter ſenectutem; ſi alioqui cætera omnia in illo conſpirant, quæ in principe requiruntur; imprimis ſi mens ſana ſit. Cum autem mens vitiata eſt, è Republica eſt principem removeri, aliumque in illius locum ſuffici.

13. Sexto denique in eligendo prin-

Theſ. 12. Ad verba, cum autem mens vitiata eſt &c.

Ita remotus à ducatu Boruſſiæ Albertus ſenior, cum propter ætatem deliraret. Conſultum igitur eſt ut princeps qui ad magnam ſenectutem pervenit antequam repueraſcat, ſe ipſum ſponte Imperio abdicet, ne ætas ipſius gravis ſubditis & ſucceſſori ſit, hoc fecit Ptolomæus Lagi rex Ægypti, Carolus V. Et ſi hoc feciſſet Arnoldus Geldriæ Dux, non tanta calamitate ſe familiamque ſuam involviſſet.

T. 2.

principe opes ſpectandæ ſunt & potentia. Pertinet enim hoc ad Reip. firmamentum. Nec tantopere metuenda videtur ex potentia magiſtratus, inſolentia, quam ex paupertate aut imbecillitate rapacitas ac tyrannis.

CAP. III.

De Eruditione Principis.

HÆC de naturâ principis, ſive dotibus naturæ: ſequitur virtus, atque ea vel mentis, vel moris. Virtus mentis nihil aliud eſt, quam doctrina ſive eruditio.

• 2. Eruditio requiritur in principe. I. Quia conducit ad prudentiam, & ad acuendum judicium. Prudentia enim non facile contingit, niſi animo bene inſtituto atque edocto. II. Quia facit ad exactam cognitionem regionis

Theſ. 2. Exempla Principum eruditorum præcipua ſunt Alexander M. Julius Cæſar. Auguſtus, Carolus M. Carolus IV. & Alphonſus Rex Neapolis.

nis ac gentis, cui imperandum eſt. III. Quia princeps debet de multis controverſiis judicare, quæ ſine erutione nequeunt intelligi.

3. Interim cum eruditio longè lateque pateat, non debet princeps omnes illius partes accuratè pertractare: ſed ſatis eſt, ſi ex ſingulis excerpat, quantum ſatis eſt ad uſum.

4. Primum imbuendus eſt princeps cognitione linguarum. Præter patriam,

Theſ. 4. Ad verba, præter patriam princeps diſcere debet linguam Latinam. Ejus cognitio abſolute neceſſaria eſt principi Chriſtiano.

1. Quia in Chriſtiano orbe univerſalis eſt.

2. Quia omnis eruditio in illa continetur, maxime autem requiritur in Imperatore Romanorum, non ignorare Romanam linguam, unde Maximilianus primus Imperator, cum non ſatis peritus eſſet Latinæ linguæ, à qua eum præceptor abſterruerat, multoties ingemuit, cum alios audiret Latine loquentes, & profeſſus eſt ſi adhuc viveret præceptor ejus, ſe ab ipſo pœnas neglecti officii exacturum.

In Imperatore Romano, ſecundum Auream Bullam requiritur cognitio linguarum, Germanicæ, Latinæ, Sclavonicæ, Italicæ, Gallicæ, Hungaricæ, unde objecta fuit Franciſco I. ambienti Imperium, ignorantia linguæ Germanicæ, Sclavonicæ & aliarum.

patriam, diſcere debet princeps linguam Latinam, & linguas vicinarum gentium, vel etiam fœderatarum. Lingua Latina principi debet eſſe cognita, quia univerſalis eſt, & pene toto orbe cognita. Ideoque poterit in principe ſupplere multarum peregrinarum defectum, ad legatos aliorum principum audiendos, iiſque reſpondendum. Ut jam nihil dicam, Latinam linguam conducere ad eruditionem, quam porro in principe requiri oſtendemus. Vicinarum ac fœderatarum gentium linguę cognoſcendæ ſunt principi, ut ipſe negotiis intereſſe poſſit, quæ cum vicinis gentibus ſæpe tractanda ſunt.

5. Poſt linguas diſcenda eſt Logica, ſed obiter: Rhetorica diligentius. Quia eloquentia res eſt in principe admodum neceſſaria, ad movendos atque incitandos ſubditorum animos. Quin & Poëſis principi tractanda eſt, non ut ipſe verſus pangat, ſed ut Poë-

tas

tas intelligat, imprimis Tragicos.

6. Hinc tranſeat ad Philoſophiam Theoreticam: ubi Phyſica ſeſe offert, & Mathematica. Nam Metaphyſica principi inutilis eſt. Phyſica principi utilis eſt ad cognoſcendam indolem regionis, & gentis, cui imperat; & ad alia multa, quæ principi ignoranda non ſunt.

7. Imprimis debet princeps accurate

Theſ. 6. Ad verba, hinc tranſeat ad Philoſophiam Theoreticam. Eam Alexander M. ſtudioſiſſime addidicit, & extat epiſtola ejus ad Ariſtotelem, in qua conqueritur quod Ariſtoteles evulgarit Philoſophiam Theoreticam. Nam qua in re inquit Alexander aliis ſuperiores erimus, ſi hæc quod à te didici omnibus innoteſcant. Cui Ariſtoteles reſpondit: Illam quidem ab omnibus legi, ſed à nemine intelligi poſſe, niſi cui ipſe interpretatus fuit.

Theſ. 7. Ad verba, Inprimis debet princeps accurate diſcere diſciplinas Mathematicas.

Nimirum Geometriam & Arithmeticam.

Geometriam propter Architecturam Civilem & Militarem.

Arithmeticam ad cognoſcendas rationes ærarii ſui & ſumptuum atque expenſarum.

Exemplum hujus eſt Mauritius Princeps Auriacus Geometriæ & Arithmeticæ ad miraculum uſque

rate diſcere diſciplinas Mathematicas: earum enim uſus eſt longe maximus, tum in pace, tum in bello. In pace, ad Architectonicam, & Mechanicam; in bello, ad omnem penè apparatum. Et quanquam princeps ad haſce res utatur miniſterio aliorum; tamen, ſi ipſe has diſciplinas intelligit, magis fideliter omnia à miniſtris peragentur.

8. Philoſophiam moralem princeps debet diſcere ſatis accuratè. Quî enim alios regere poſſit, qui artem regendi, quæ ad Philoſophiam moralem pertinet, non didicerit?

9. Philoſophia moralis non tam ex

uſque peritus, & quarum artium ſubſidio tot inexpugnabiles urbes cepit, atque victorias reportavit. Et Guſtavus Adolphus Rex Suecorum.

Princeps non debet imitari Alphonſum X. Regem Caſtiliæ, qui neglecta Regni cura, totam ætatem in Aſtronomia & Aſtrologia conſumpſit.

Theſ. 9. Prudentiam, quæ in Magiſtratu requiritur duo conſtituunt, nimirum uſus & memoria rerum, ex viſu vel tractatu, & hic eſt efficaciſſimus rerum omnium Magiſter.

Nam uſus ſecundum Ciceronem omnium Magiſtro-

ex præceptis quam ex hiſtoriâ hau-
rienda eſt Principi. Præcepta enim
ſunt

giſtrorum præcepta ſuperat. Uſus comparatur.

1. Longa ætate ſive ſenio, uſus enim ſive experientia non poteſt tradi præceptis, ſed ut Poeta ait:

——— *Seris venit uſus ab annis.*

Unde prudentia propria ſenum eſſe dicitur.

2. Peregrinatione, quæ Theſaurus omnis prudentiæ dici poteſt ſi recte inſtituatur.

Memoria eſt notitia rerum humanarum ex auditu vel lectu, quæ alio nomine hiſtoria vocatur, & quę diligenter tractata, tum ætatem, tum peregrinationem ſupplere poteſt, & de hac rectiſſime Author judicat, nullam pene partem doctrinæ tam eſſe utilem ac neceſſariam principi, quam accuratam Hiſtoriarum cognitionem, idque ob hanc cauſam.

1. Quia Principes plerumque adhuc juvenes ad Remp. tractandam accedunt, & per conſequens experientia deſtituuntur.

2. Peregrinatio ipſis non eſt tuta.

Ergo non alia ipſis relinquitur ad prudentiam perveniendi ratio, quam ſtudium & accurata hiſtoriarum cognitio.

Notetur inſignis locus Livii, in præfatione hiſtoriæ de inſigni utilitate hiſtoriarum.

In hiſtoria hoc præcipue ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita intueri, ut inde tibi tuaque Reip. quod imitere capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.

Unde Alphonſus Siciliæ rex optimos conſiliarios eſſe dicebat mortuos, intelligens hiſtoricorum

rum

ſunt univerſalium. At actiones humanæ, & prudentia politica, quâ actiones gubernandæ ſunt, in ſingularibus conſiſtunt: quorum judicioſam narrationem hiſtoria complectitur. Ita ut nulla penè pars doctrinæ, tam ſit neceſſaria ac tam utilis principi, quam accurata hiſtoriarum cognitio. Confert etiam ad prudentiam peregrinatio, ſed ea non eſt principi tuta.

10. Neque vero ſatis eſt antiquam hi-

rum ſcripta. Unde maximi ſemper principes, etiamſi omnes alias artes contemnant, ſolis tantum plerumque hiſtoriis incumbunt. Ita Alexander M. delectabatur hiſtoria belli Trojani, Julius Cæſar hiſtoriâ Alexandri M. Carolus V. hiſtoria Ludovici XI. Regis Franciæ ſcripta à Philippo Cominæo.

Inter hiſtoricos autem hi præcipue principi legendi ſunt: Titus Livius, Quintus Curtius, Commentaria Cæſaris, Polybius, Saluſtius, Tacitus, & ex recentioribus Cominæus, Guicciardinus, & Thuanus, & ex his omnium maxime quatuor: Polybius, Tacitus, Cominæus, & Guicciardinus. & ex his quatuor præſtantiſſimus & prudentia pleniſſimus Cornelius Tacitus.

Theſ. 10. Ad verba, Imprimis debet tenere ad unguem hiſtoriam regni ſui.

Talis

hiſtoriam, Græcorum & Romanorum didiciſſe: ſed etiam moderna cognoſcenda. Imprimis debet ad unguem tenere hiſtoriam regni ſui ac majorum ſuorum: Ut ex conſiliis & factis aliorum, colligat quid ſibi ſit faciendum.

11. Poſtremò delibare etiam princeps Juriſprudentiam debet & S. Theologiam: quarum illa efficiet, ut ipſe de controverſiis civium judicare, aut ſaltem foro æquos judices præficere poſſit: hæc, ut ipſe Religionis ſuæ rationem intelligat, veramque religionem à ſequiore ex verbo Dei poſſit diſcernere, eamque inter ſubditos legitimè tueri ac conſervare.

CAP.

Talis princeps fuit Eduardus VI. Angliæ Rex, qui in ætate adhuc puerili, rerum regni ſui, ad miraculum uſque peritus fuit, adeo ut non tantum ſingulos pagos, oppida, urbes, verum etiam omnes portus, neque maxima tantum, verum etiam minima animo complexus fuerit.

Th. I.

Cap. IV.

De Virtute Morali quæ in Principe requiritur.

Virtus moralis in principe duplici nomine requiritur; primo, quia ipſe debet eſſe probus quatenus homo eſt. Nihil enim homini convenientiùs eſt virtute morali. Deinde quia vita principis eſt ſubditis exemplar vivendi. Nec quicquam eſt, quod majus habet momentum ad formandos ſubditorum mores in utramvis partem, quam vita principis.

2. Virtus moralis debet eſſe vera in principe non ſimulata: tum, quia ipſa virtus eſt firmiſſimum Reipub. fun-

Th. 1. Saluſtius in Catilinam. Divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt, virtus clara æternaque habetur.

Theſ. 2. Opponitur Machiavello, cujus hæc ſunt placita. Principi noſtro omnino optandum eſt ut pius videatur, etiamſi non ſit. Princeps ad temporis auram & varios fortunæ caſus animum circumagere debet, ut vitiis quoque ſciat uti, ſi res poſtulet. Fides, clementia, liberalitas, virtutes ſunt damnoſæ principi, ſed opus eſt tamen ut earum ſpeciem aliquam præ ſe ferat.

ſundamentum; tum quia quod ſimulatum eſt, non poteſt eſſe perpetuum.

3. Primo loco in principe requiritur prudentia. Hæc enim reliquarum virtutum norma eſt atque moderatrix. Hujus virtutis præſidio poterit princeps omnium virtutum officia atque actiones ad dignitatem atque excellentiam ſuæ perſonæ accommodare. Nam cum virtutum actiones in mediocritate ſint poſitæ, quæ ad varias circumſtantias accommodanda eſt, in omnibus hominibus neceſſaria quidem eſt prudentia, ſed inprimis in principe. Neque vero id ſolùm ad virtutes Ethicas, ſed etiam ad regimen Politicum atque Oeconomicum.

4. Prudentia medium eſt inter ſim-

Th. 3. Prudentia eſt intellectus & delectus rerum, quæ publice, privatimque fugiendæ aut appetendæ.

Th. 4. Princeps non debet eſſe Sophiſta: ita Mau-

ſimplicitatem aut fatuitatem, & inter verſutiam ſive calliditatem veteratoriam. Si tamen princeps ab hac mediocritate declinet, præſtat principem eſſe verſutum & callidum, quam ſimplicem ac imprudentem, ſi verſutia non ſit conjuncta cum magna animi malitia.

5. Poſt prudentiam collocamus Pietatem: qua voce tum Religio intelligitur, quæ eſt Pietas erga Deum; tum amor ſubditorum, qui eſt pietas quædam erga patriam.

6. Ut autem impietas & profanitas, aut etiam ſuperſtitio in principe ſunt

Mauritius Elector Saxoniæ ad Carolum V. callide pervertentem verba ſua, at ego inquit exiſtimabam mihi rem eſſe cum principe, non vero cum ſophiſta.

Ad verba, præſtat principem eſſe verſutum & callidum, quam ſimplicem & imprudentem.

Præſtat principem ſimiliorem eſſe Ludovico XI. quam Carolo ſimplici.

Theſ. 6. Opponitur Machiavello, cujus hæc ſunt placita, principem ſi quid in religione falſi eſt, in religione confirmare debere, dum id fovendę religioni proſit.religionem Ethnicam,qualis fuit Romanorum, ad amplificandam Remp.

ſunt admodum noxiæ: ita vera religio eſt admodum neceſſaria. Qui enim ſe Deo ſubeſſe ſtatuit, cui omnium actionum reddenda ratio eſt, is facile regimen juſtitia & æquitate temperabit.

7. Amor patriæ ac ſubditorum hoc efficiet in principe, ut omnia, non ad ſua ſolius commoda, ſed ad ſalutem ſubditorum ſuorum velit referre: utque ſtatuat non ſolum ſe principem eſſe, ſed & paſtorem, imo quaſi parentem ſuorum ſubditorum.

8. Ex quo videtur conſequi, invito nemini principatum deferendum eſſe. 1. Quia amor ſubditorum tantus in eo eſſe nequit qui invitus imperat. 2. Quia ſegnius adminiſtrabit Rempub. 3. Quia difficultate ſuborta exprobrabit ſubditis, ſe coactum ad

Theſ. 8. Exemplum eſt Cæſar Tiberius, qui per ſummam ſimulationem renuebat imperium ſuſcipere, & à ſenatoribus Romanis cogi potius voluit, quam eligi, unde imperium ejus peſſimum quoque fuit ac Tyrannicum.

T. 10.

ad imperium acceſſiſſe. Itaque facile evadet tyrannus.

9. Tertium locum in principe damus juſtitiæ tum univerſali tum particulari. Juſtitia univerſalis eſt virtus præſtandi obedientiam legibus. Quare, & princeps legibus ſubeſſe debet, aut juſtus eſſe non poteſt.

10. Quouſque tamen Princeps legibus ſubſit, aut non ſit, hoc loco di-

Th. 10. Quæſtio. *An princeps ſit ſolutus legibus?*

Reſp. Diſtinguendum.

1. Inter principem. & Magiſtratum ſummum & ſubalternum.

2. Inter ſtatum abſolutè Monarchicum, & inter ſtatum mixtum.

3. Inter leges divinas & naturæ, gentium, civiles eaſque poſitivas, ſeu fundamentales, & non fundamentales.

Princeps ergo non eſt ſolutus lege divina, quia eſt ſubjectus Deo, non Naturæ, quia eſt homo, non gentium quia eſt civis, non civilibus fundamentalibus, quia illas ſe ſervaturum jurat, neque eſt ſolutus non fundamentalibus quoad obedientiam, ſed quoad pœnam, civiliter non ſecundum æquitatem naturalem, non in foro poli, ſed in foro ſoli, non quoad ſpontaneam ſubjectionem, ſed quoad coactionem. Unde Baldus. Princeps inquit

diſputari ſolet. Mihi certe videtur hæc quæſtio non poſſe ſolvi ſine diſtinctione. Primum igitur in lege diſtingui debet mandatum, & præmium, quod obedienti promittit, aut pœna, quam tranſgreſſori minatur. Itaque Lex primo obligat ad præſtationem, deinde ad pœnam, ſi quis eam violat. Secundo leges aliæ fundamentales ſunt, quas principes ſe obſervaturos jurant, antequam admittuntur ad principatum; aliæ non ſunt fundamentales. His præmiſſis, dico principem non ſolum obligari ad ſervandas leges fundamentales, ſed etiam obnoxium eſſe pœnæ, ac principatu excidere, ſi eas violet. Ad leges cæteras obſervandas tenetur etiam princeps, ſed non obligatur ad pœnam, ſi eas violat. Punire enim eſt

actio

quit eſt ſub lege poli, naturæ & rationis. Quod autem princeps dicitur ſolutus legibus, hoc interpretes accipiunt de legibus pœnariis, ita ut princeps omnem delicti à ſe commiſſi pœnam effugiat.

actio ſupremæ poteſtatis, at princeps neminem ſe ſuperiorem in terris agnoſcit, cui hac in parte ſubſit. Deo tamen pœnam debet etiam ob harum legum violationem.

11. Juſtitia particularis dividitur in

Theſ. 10. Ad verba, ſed etiam obnoxium eſſe pœnæ.

1. Quæſtio. *An principi, Remp. aut opprimenti, aut perdenti reſiſtere liceat?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia eſt princeps propter Remp. non Reſp. propter principem.

2. Quia jus naturæ & gentium permittit, ut quilibet ſe & manifeſtam injuriam defendat.

3. Quia ſalus populi ſuprema lex.

4. Quia talis princeps eſt Tyrannus.

2. Quæſtio. *Quibus liceat reſiſtere?*

Reſp. Originaliter & fundamentaliter.

1. Toti populo collective ſumpto, quia is primo omnium ſibi conſtituit Magiſtratum, & in eo conſiſtit totum corpus Reip. Secundo quia totus populus ſuperior eſt Rege, juxta communem regulam, ſingularis major, univerſus minor.

2. Ordinibus, ſtatibus, Ephoris & Magiſtratibus inferioribus in comitiis congregatis, quia hi repræſentant totum populum, & cum totus populus propter multitudinem & confuſionem convenire non poſſet, ex omni ordine conſtituit deputatos quoſdam, quorum eſt providere ne quid Reſp. detrimenti capiat.

in diſtributivam & commutativam: utraque in principe neceſſaria: ſed magis tamen illa, quia magis refertur ad utilitatem publicam.

12.

Caſus. Quid tum agendum, ſi ordinum conventus impediatur, ut non poſſint convenire, & Remp. contra principem violantem leges fundamentales defendere? Reſp.

Tum privatis nihil licet agere, ſed patienter ferenda ſunt omnia, quantumvis dura: contra Marianam & alios qui ſtatuunt, cuivis licitum eſſe principem malum ſive Tyrannum interficere.

3. Quæſtio. *Quatenus liceat reſiſtere?*

Reſp. 1. Per admonitiones & preces, eaſque multoties repetitas.

2. Per occupationem arcium, urbium ac propugnaculorum ne illis princeps ſeductus pravo conſilio in perniciem Reip. abutatur.

3. Per depoſitionem, ſed non niſi in extremo neceſſitatis caſu, & cum cuncta ſigna apparent, principem eſſe incorrigibilem, & manifeſtum hoſtem Reip. videatur author pag. 112. De Tyrannis.

Exempla illuſtria hujus quæſtionis ſunt. In Dania Chriſtianus II. Rex, quem proceres tanquam Tyrannum, non ſolum Regia dignitate privarunt, ſed carcere incluſum, uſque ad mortem detinuerunt. Apud Suevos Ericus VIII. Apud Scotos Maria, quam ordines Regno privarunt, abdicarunt, & perpetuo carcere damnarunt. Apud Belgas Philippus II. Hiſpaniæ Rex.

T. 14.

12. Quarto loco ponimus temperantiam & caſtitatem : quia nulla re facilius quam intemperantia, luxu & libidine imperia evertuntur. Nam hæc & inimica ſunt prudentiæ, & exoſa ſubditis.

13. Temperantiæ adjungimus fortitudinem, ſedulitatem, vigilantiam, diligentiam : Idque vel ad cavendas ac declinandas res adverſas, ac pericula, vel ad ea propulſanda.

14. Convenientiſſima principi virtus eſt liberalitas & magnificentia, & aptiſſima ad conciliandam ſibi benevolentiam & autoritatem. Imprimis laudatiſſima liberalitas publica, veluti, qua populo tributa remittuntur, pauperibus & afflictis atque exulibus proſpicitur, &c. Tum quæ confertur

Th. 14. Ad verba, imprimis laudatiſſima liberalitas publica veluti, qua &c. Nihil validius ad conciliandam ſubditorum benevolentiam, quam tributorum remiſſio. Sic Magi, cum poſt Cambyſem occupaſſent imperium Perſicum, omnia tributa populo remiſerunt.

tur in viros egregie doctos, aut in excellentes artifices, vel etiam in eos qui præclaro facinore de Repub. bene meriti ſunt.

15. Cavendum interim eſt principi ne prodigus fiat, & immodicis largitionibus ærarium publicum exhauriat, vireſque Reip. accidat, ſibique odium conflet. Sed neque ita prodigalitatem fugiat, ut avarus fiat. Nam hoc quoque vitium odioſum eſt ſubditis, & ſordidum per ſe, ideoque indecorum principi.

16. Cum magnificentia conjungen-

Theſ. 15. Ad verba ne prodigus fiat &c.

Ita Vitellius Imp ſine modo, ſine judicio donabat ſua, largiebatur aliena. Liberalitas, niſi adſit modus, in exitium vertitur. Tacitus 3 Hiſtoriarum. Nam ærarium ambitione exhauſtum, per ſcelera ſupplendum erit. Tacitus 2. Annalium.

Theſ. 16. Ad verba, ad tuendam Majeſtatem, & impediendum ſui contemptum &c.

Exemplum hujus magnanimitatis eſt Carolus V. in bello Germanico: Tametſi enim propter podagram, qua peſſime torquebatur in ſtapede non poſſet collocare pedes, ſed in linteo faſciculo quaſi circumferens, tamen integram hyemem eamque aſperrimam, nives, pluvias, & ventos per-

genda eſt magnanimitas, ad tuendam majeſtatem & impediendum ſui contemptum, qui oritur ex nimio faſtu atque etiam ex puſillanimitate. Ad magnanimitatem refertur gravitas in verbis, vultu, geſtu, veſtitu, inceſſu, atque adeo in omnibus actionibus publice conſpicuis. Quanquam videtur expedire ut princeps non nimis frequenter ſit in publico. Majeſtati enim major ex longinquo reverentia eſt.

17. Cum autem magnanimus nihil

perpeſſus eſt, magna animi elatione, deſpiciens omnes corporis incommoditates.

Theſ. eadem. Ad verba, quanquam videtur expedire.

Juxta illud Tiberii apud Tacitum I. Annalium C. 47. Majeſtati major ex longinquo reverentia; quo ſpectat illud vulgare: Nimia familiaritas parit contemptum. Non tamen princeps debet imitari factum Regum Aſſyriorum, Perſarum, Chinenſium, & aliorum, qui ſe plane ab hominum conſpectu removebant. Huc etiam illud pertinet: Minuit præſentia Famam.

Theſ. 17. Ad verba, cum autem Magnanimus nihil majus judicet eſſe honore.

Secundum illud Taciti: Principum omnia ad famam dirigenda.

hil majus eſſe judicet honore, ſi princeps magnanimus ſit, infamiam etiam metuet tum in vitâ, tum etiam poſt mortem. Hinc fiet, ut diligentiſſimè peccata ſit vitaturus, exiſtimans principum peccata tantò majora eſſe, quantò major eſt eorum ſplendor atque majeſtas; & quamvis ſint leviſſima, graviſſima videri, celerrimeque in vulgus emanare.

18. Sequitur manſuetudo ſive clementia, quę maximum etiam principum ornamentum eſt.

19. Præterea requiritur in principe veracitas & fides, quam non ſolum ſervare debet ſubditis, ſociis, ac fœde-

Theſ. 19. Ad verba, requiritur in principe veracitas & fides.

Nulla virtus in principe major eſt fide, nullum tetrius vitium perfidia.

Caroli V. hoc dictum fuit, etiamſi fides toto orbe exulet, eam tamen apud Reges reperiri debere.

Perfidiæ exempla ſunt: Philippus Macedoniæ Rex; Ludovicus Sfortia Dux Mediolanenſium, qui gloriabatur ſeſe omnes principes fefelliſſe, ſed tandem ab omnibus deceptus in carcere vitam finiit.

T. 20.

fœderatis; ſed etiam peregrinis, atque adeo hoſtibus. Si enim princeps datam fidem violet, nemo ei fidem habebit, nemo ejus legatos admittet, nemo denique fœdus cum illo aut pactum inire volet.

20. Si princeps veritatem amet, adulatores averſabitur: qui, ut ſunt hoſtes veritatis, ita principibus ſunt perniciosiſſimi.

21. Debet princeps etiam comis eſſe, hoc eſt, debet ſubditos facile admittere ad colloquium, patienter audire,

Theſ.20. Ad verba, ſi princeps veritatem amet, adulatores averſabitur.

Adulatores principum Peſtis ſunt. Quidam magnus princeps adulatori, à quo immodicis laudibus extollebatur, alapam inflixit, & quærenti cur me verberas? Cur, inquit, me mordes.

Theſ. 21. Ad verba, debet princeps etiam comis eſſe.

Huic repugnat mala quorundam principum conſuetudo, qui cubicularios ſuos tanta inſtruunt poteſtate, ut nemo ad principem admitti poſſit, niſi illis volentibus, atque etiam ſcientibus, quæ cujuſvis apud principem negotia ſint, ex quo juſtitia impeditur, & princeps ac ſubditi, velut interpoſito maligno ſidere, Eclipſin patiuntur.

T. 22.

dire, ac benignè reſpondere, eorumque petitionibus ſatisfacere. Præſertim ſi non metuat inſidias. Hac ratione præcidetur occaſio adulatoribus aucupandi lucrum ex eo, quod aditum parent ad principem, ab eoque impetrent ſubditis, quod ipſi petierunt.

22. Denique principi concedi poteſt urbanitas, ſed in ſeceſſu, atque eo tempore, quo vacat à publicis curis. Neque vero princeps ipſe jocetur, ſed aliorum jocos feſtivos, argutos,

Theſ. 22. Ad verba, denique principi concedi poteſt urbanitas.

Exemplum ejus urbanitatis præbet Fridericus II. Rex Daniæ, qui multoties familiariter cum aulicis ſuis, tanquam par cum paribus exporrigebat frontem, ſed mox reſumebat Majeſtatem, & animum ad regnum & ſeveritatem componebat. Turpiſſima & deteſtata conſuetudo illorum eſt principum, qui in ſua præſentia tolerant ſpurca, inhoneſta, atque fœda dicteria, quæ ne privato quidem toleranda eſſent. Peſſima etiam principum Germaniæ conſuetudo, qui ſe ne poſſe vivere putant, niſi ineptiſſimis cingantur morionibus, qualis in aula Electoris Saxoniæ celebris ille Nicolaus morio fuit, cujus extant facetiæ.

T. 23.

tos, & honeſtos audiat: reliquos aſpernetur. Quare vix videtur in principe probandum, ut ſeſe morionibus oblectet, ſive fatuis hominibus. Nam quos induſtria formavit, ii arcendi non ſunt.

23. Muſica quoque Princeps ſe oblectare poteſt; ipſe tamen neque voce canat, neque fidibus. Ludi etiam, quibus corpus exercetur: ut venatio-

Theſ. 23. Ad verba, ipſe tamen neque voce canat, neque fidibus.

Exemplo Neronis, qui ad inſaniam uſque cantu & fidibus, ac in publico applauſu ex illa arte captabat, unde hæc perituri vox, Quantus artifex pereo.

Venationes & haſtiludia, exercitia non quidem illicita, valde tamen principi periculoſa ſunt, quam plurimi enim in venatione vel haſtiludio perierunt. Ex: Gr: Wilhelmus Rufus Rex Angliæ, ſagitta cujuſdam petentis feram, per errorem interfectus fuit. Maria Burgundiæ Dux & Uxor Maximiliani Imperatoris in venatione equo præcipitata, animam efflavit. De haſtiludio memorabile exemplum eſt in Henrico II. Rege Galliarum, qui à Memorancio, cum quo haſtâ certabat, infortunio quodam in oculo vulneratus, inter acerbiſſimos dolores extinctus eſt: quot præterea Principes in haſtiludio perierint, ex catalogo haſtiludiorum antiquorum abunde patet.

CAP.

nationes, haſtiludia, &c. principibus conveniunt ſi periculo careant. Sunt enim veluti progymnaſmata rerum bellicarum.

Cap. V.

De cauſa principatus, ſive de modis perveniendi ad principatum.

Modus, quo princeps ad principatum evehitur, conſtat duabus partibus; jure & inauguratione.

2. Jus principatus acquiritur ſex potiſſimùm modis; Succeſſione, Electio-

Quæſtio. *Vtrum ſucceſſio præferenda ſit Electioni?*

Reſp. Negatur.

1. Quia Electio præſtat optimum principem, ſecundum illud Galbę Imperatoris apud Tacitum: Optimum quemq; adoptio invenit. Nam generari & naſci à principibus fortuitum, nec ultra æſtimatur adoptanti integrum, & ſi velis eligere, conſenſu monſtratur.

2. Quia facilius corrumpantur principes ſuccedentes, quam electi. Videmus, inquit Machiavellus, omnes Imperatores, quicunque hæreditario jure ſucceſſerunt in Imperium, ſceleratos fuiſſe,

ctione, Bello, Conjugio, Teſtamento, & Sorte. Ex his tamen communiſſimi, maximeque ordinarii modi acquirendi jus principatus, ſunt Succeſſio & Electio.

3. Et

fuiſſe, uno Tito excepto, qui vero eligebantur, viri boni erant, ſicut videre eſt in iis quinque, qui Nervam contra Trajanum ſecuti ſunt, rurſuſque poſtquam ad hæredes Imperium rediiſſet, cœpit in pejus ruere.

3. Quia Electio maxime concordat cum libertate. Galba iterum 2. Hiſt. Taciti: Sub Tiberio & Cajo & Claudio unius familiæ quaſi hæreditas fuimus, loco libertatis erit, quod eligi cæpimus. Unde principes Electivi iterum poſſunt deponi, quemadmodum contigit Wenceſlao Imperatori.

4. Quia probe inſtituta electio non fallitur, fit enim à prudentiſſimis.

5. Quia ſucceſſio propius accedit ad dominationem & abſolutam Monarchiam, ex Rep. facit rem privatam, ex regno hæreditatem, & quod indigniſſimum, Remp. quoque ad fœminas transfert, quæ vel ipſæ ſuccedunt, vel Remp. tranſferunt conjugio ſuo ad alienos, hæc autem omnia valde noxia ſunt.

6. Quia electio corrigit vitia ſucceſſionis, ergo eſt melior, probatur, quia ſæpe filius minor natu, tanquam aptior præferendus eſt primogenito.

7. Quia Electio eſt antiquiſſima, ut ex hiſtoriis patet, & hodieque Germanis, Hungaris, Polonis, Venetis, aliiſque gentibus recepta.

Th. 8.

3. Et licet uterque modus ſua habet commoda & ſua incommoda; videtur tamen ſucceſſio magis quadrare abſolutæ monarchiæ, quam electio. Nam primò, qui à populo eligitur, vix poteſt abſolutum obtinere imperium, & plenum jus majeſtatis; cum populus principi ferè leges ponere ſoleat, quibus ſe princeps jurejurando aſtringat. Deinde interregnum graviſſima habet incommoda, quibus ſucceſſio non eſt obnoxia, cùm vix obitus principis cenſeatur ubi morienti alter ſuccedit. Et licet eligi poſſe videatur optimus potius, quam naſci; nihilominus tamen contrarium ſæpe evenire videmus, aut propter importunas commendationes, aut æqualium factiones, aut ſuffragiorum contrarias voluntates, ut non meliores eligantur principes, quàm

Theſ. 3. Ad verba, cum vix obitus principis cenſeatur, ubi morienti alter ſuccedit. Hinc illud vulgare, Reges Galliæ non moriuntur.

Th. 5.

quàm ſuccedant: Cum qui jure ſucceſſionis ſibi imperium deberi novit, ſumma ope niti ſoleat, ut avitum imperium virtute ſibi ſtabiliat.

4. Si princeps habet plures liberos, primogenitus ex legitimo matrimonio natus cæteris fratribus præferri debet, potius quam regnum diſtrahatur. Sic tamen, ut is, qui in principatum patri ſuccedit, teneatur reliquis fratribus aſſignare tantum redituum, unde ſtatum ſuum poſſint cum decoro tueri.

5. Filiæ principis, aut non ſunt eve-

Theſ. 5. Primo. Omnes gentes præferunt primogenitum cæteris fratribus idque nititur jure divino & gentium.

Secundo. Primogenitus etiam ſtupidior præfertur cæteris fratribus, quantumvis prudentioribus.

Tertio. Pater non poteſt filio jus primogenituræ, quod à natura & jure gentium pendet, auferre, dantur tamen caſus, in quibus primogenitus, jure ſuo excidit.

1. Cum plane incapax eſt.
2. Cum juri ſua ſponte renunciat.

Quarto, jus primogenituræ, præmortuo primogenito, in eum qui ætate proximus eſt transfer-

evehendæ ad principatum, aut, ſi illud jam more receptum ſit, non ſunt præ-

fertur, jure repręſentationis, quemadmodum nepos eodem jure ſuccedit in locum patris.

Privilegia autem primogenitorum duo præcipua ſunt.

1. Dominium iu reliquos fratres.

2. Succeſſio vel in totam hæreditatem paternam, vel in majorem ejus partem.

Hoc jus primogenituræ in privatis familiis, hodieque in Anglia obtinet, ubi ſolus primogenitus excluſis reliquis fratribus ſuccedit in hæreditatem paternam.

Theſ. 5. Ad verba, Potius quam Regnum diſtrahatur.

Quæſtio, *An principatus dividi debeant.*

Reſp. Negatur.

1. Quia diviſio Reip. tendit ad interitum ejus.

Exemplo regni Alexandri M. Græcorum, Germanorum. Italorum.

2. Quia omnis diviſio ducit ad minima. At Reſp. non minui ſed augeri debet.

3. Quia indiviſio eſt cauſa pacis ac quietis.

Objectio. De jure civili liberi æqualiter ad hæreditatem paternam admittuntur. Ergo Principatus debet dividi.

Solutio. Datur in ſucceſſione privata. Negatur de publica. A privatis ad Publica non valet conſequentia duabus de cauſis.

1. Quia Princeps non poſſidet Remp. pleno Domi-

præferendæ fratribus, nequidem ſi ætate majores ſint.

6. Si ex duobus principis filiis, alter natus ſit, antequam pater principatum erat adeptus, alter poſtea; nihilominus tamen primogenitus præferri

Dominio, non jure proprietatis: ſed tantum adminiſtrationis. Ad Reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas,

2. Quia finis Reip. repugnat Diviſioni, finis eſt conſervatio, quod autem dividitur, illud perditur.

Inſtantia. Æquales æqualiter ſunt tractandi, omnes autem fratres ſunt æquales, Ergo, &c.

Reſp. 1. Negatur Minor. Quia jus primogenituræ fluit ex jure Naturæ.

2. Limitatur Major, ſunt æqualiter tractandi, niſi grave aliquod incommodum obſtet.

Th. 5. Ad verba. Tantum redituum.

Hoc vocant JCti Apennagium, & intelligunt reditus quoſdam, quos frater primogenitus erogare tenetur cæteris fratribus ſuis; ita ſecundo genitus frater Regis Galliæ jure Apennagii poſſidet Ducatum Aurelianenſem, Regis Angliæ Ducatum Eboracenſem. Horum hæc eſt conditio, ut Rex retineat juris-dictionem ſupremam, Princeps habeat uſumfructum, quamdiu poſteritas ejus in vivis eſt. Extincta vero ejus ſtirpe, vel cum aliquis inde ad regnum aſcendit, totum Apennagium ad Dominium redit, & cum Regiis bonis iterum coaleſcit.

ferri debet. Imo etiam nepotes ex primogenito nati, præferri debent ipſis filiis.

7. Conſultum eſt, ut princeps ſucceſſorem ſuum nominet, eumque regni vicarium declaret: quo principi de-

Theſ. 7. Quæſtio. *An filius natus patre adhuc privato, ſit præferendus illi, qui natus patre in Principatu conſtituto?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia qualitas adveniens non generat, ſed generatum tantum denominat, ideoque filius eſt ante dignitatem patris, & per conſequens etiam omnia jura filiorum, quorum pars eſt, ut ſit hæres omnium bonorum paternorum.

2. Ex jure gentium à conſuetudine.

3. Exemplis. Ita Artaxerxes natus Dario adhuc privato, prælatus fuit Cyro, nato patre jam Rege. Ita Herodes Antipatrum ante regnum de privata uxore ſibi genitum antepoſuit Alexandro & Ariſtobulo ſe Rege natis. Ergo male judicavit Artabanus, qui Xerxem hoc argumento fratri ſuo Majori prætulit, quod ille patre adhuc privato, hic vero Rege natus eſſet. Male quoque Bajazethes Turcarum Imperator fratrem ſuum Eizymum patre adhuc privato natum ſucceſſione Regni excluſit.

Quæſtio 2. *An patruus in ſucceſſione præferendus ſit nepoti?*

Solutio 1. Nepos indubiè ſuccedit patri, ſi is vi-

defuncto ea ipſa hora ſuccedere poſſit, ad evitanda interregni incommoda, quibus nihil eſt periculoſius.

8. Electio, uti diximus, minus con-

is vivus uſurpavit hæreditatem.

2. Succeſſionis jus non eſt pervertendum ob ætatis prærogativam, aut prætextum majoris prudentiæ.

3. Tota difficultas quæſtionis verſatur circa nepotem, qui eſt minor patruis & relinquitur à patre qui hæreditatem nondum adiit.

4. Nepos etiam in hoc caſu eſt præferendus patruo.

1. Propter jus repræſentationis, quia filii repræſentant perſonam patris ſui, & in omnia jura patris ſuccedunt.

2. Ex conſuetudine omnium gentium, ita in Hiſpania, Germania, Galliâ, Anglia, & apud alias gentes patruis excluſis ſuccedunt Nepotes. Ergo male pronunciavit Papa Romanus pro Roberto Patruo contra Nepotem Caroli II. Regis Neapolitani, ex qua ſententiâ poſtea nata eſt hæc controverſia, cum alii dicerent ſententiam Principis & Pontificis facere jus, alii contra, Principis ſententiam, contra jus commune non facere legem generalem.

Theſ. 8. Contra hanc Regulam peccavit Alexander M. qui neque filios ſuos, neque amicos nomi-

convenit monarchiæ abſolutæ, propter condiciones & leges, quæ principi electitio præſcribi poſſunt. Si tamen principis familia penitus extincta ſit, ita ut nemo jure ſuo poſſit ſuccedere; utiliſſimum eſt tum principem ſuffragiis deſignari, quod tamen in multis regnis ordinarium eſt.

9. Electio fieri debet in publicis regni comitiis, per ſuffragia libera & incorrupta: quo facilius ſuffragiorum multitudine deſignari poſſit, qui ad principatum ſit aptiſſimus.

10. Acquiritur principatus jure conjugali cum princeps fœminam ducit,

nominavit ſucceſſores, ſed in genere tantum dixit, ſe nominare digniſſimum, cumque quilibet ſe digniſſimum eſſe putaret, occaſionem dedit magnorum bellorum atque confuſionum. Imperatores Romani, ut hoc incommodum evitarent, creaverunt Cæſares, qui ipſis defunctis abſque omni controverſia ſuccederent. Hi Cæſares hodie appellantur Reges Romanorum.

Theſ. 10. Ad verba, in publicis comitiis.

Apud Romanos comitia celebrabantur in Campo Martio. Ita Poloni quoque in patentibus Campis apud Warzoviam comitia ſua celebrant, per ſuffragia libera & incorrupta. Quia in comi-

ducit, quæ & ipſa princeps ſit, & principatum ad poſteros tranſmittit.

11. Teſtamento acquiritur, cum princeps ſucceſſoribus legitimis deſtitutus, aliquem ſibi pro arbitrio ſucceſſorem teſtamento deſignat. Huc etiam revocari poteſt ſucceſſio ex fœdere: veluti, cum duo principes mutuum fœdus pangunt, ut ſi alterius familia penitus exſtinguatur, alterius poſteri ſuccedant in principatum, quale pactum eſt inter domum Saxoniam & Haſſiacam.

12. Quod ſi princeps aliquis eligendus,

comitiis ſuffragia non ſunt ponderanda, ſed numeranda, in illis non ſpectatur qualitas ſed quantitas.

Theſ. 11. Ad verba, jure conjugali:

Sic Jagello Magnus Dux Lithuaniæ ducta Hedwigi Regina Poloniæ, Regnum illud ad ſuam familiam tranſtulit. Præcipue hoc obſervatur in familia Auſtriaca, quæ à tenuiſſimis initiis, ad ſummam illam potentiam, non alio fere jure quã conjugiali pervenit. Nam Maximilianus ductâ Mariâ Caroli Audacis unicâ filiâ, factus Dux Burgundiæ & totius Belgii. Philippus filius ejus ductâ Johannâ, Regnum Caſtellę obtinuit.

Theſ. 12. Ad verba, ſibi pro arbitrio ſucceſſo-

gendus, & tamen nec ratio nec conſilium adhiberi poteſt, vel quia regni petitores ſunt pares, vel quia metuenda eſt alterius, qui præteritur, offenſio, ſorte res dirimenda videtur; ſed eâ tamen, quæ non poteſt eſſe fraudibus obnoxia.

13. Supereſt ultimus modus acquirendi principatus, qui armis fit, ſive bello. Hujuſmodi monarchia durior eſt, arctiuſque conſtringit ſubditos, quam quæ ordinaria via paratur.

14. Hoc autem fit duobus modis: primò,

rem teſtamento deſignat.

Sic Conradinus ultimus Sueviæ Dux & legitimus hæres Regni Neapolitani, cum à Carolo Andegavenſe ad mortem condemnatus eſſet, projecta Chirotheca in publico Theatro heredem Regni inſtituit Petrum Arragoniæ Regem, idque teſtamentum ratum fuit.

Theſ. 12. Ad verba, quale pactum eſt inter Domum Saxonicam & Haſſiacam.

Hæc pacta appellantur gentilitia, & talia ſunt inter Brandeburgicam & Saxonicam, inter Saxonicam & Haſſiacam, & eodem jure Elector Brandeburgicus in Pomeraniam jus ſucceſſionis habet.

Th. 14.

primò, cum princeps à principe juſto bello pellitur. Secundò, cum barbaræ gentes ſubjugantur, quæ nullius antea imperio parebant.

15. Non debent barbaræ gentes ſubjugari libidine dominandi, ut factum eſt ab Alexandro Magno, ſed eo conſilio, ut homines belluino ferè more viventes, ad humanitatem, honeſtatem, pietatemque adducantur.

16. Atque hæc de modo, quo jus principatus ſibi princeps acquirit: ſupereſt inauguratio, qua veluti in poſſeſſionem mittitur, & conſenſione populi confirmatur.

17. Hęc

Theſ. 14. Ad verba, hujusmodi Monarchia durior eſt.

Ita cum Wilhelmus Conqueſtor Regnum Angliæ armis ſibi ſubjeciſſet, duriſſimas leges ac conditiones victis tulit, & eos in ignominioſam ſervitutem redegit, juxta illud:

Victoris eſt dare leges non accipere.

Th. 15. Quæ nullius antea Imperio parebant.

Sic Braſiliani & Magellanici aliæque per Americam innumeræ gentes, nullius Imperio ſubjectæ, vitam ferinam ac Barbaram agunt.

Theſ. 16. Ita Rex Hiſpaniæ hoc titulo ſibi ſubjecit Americam, ut homines belluino fere more vi-

17. Hæc inauguratio certis quibuſdam partibus conſtat. Nam primò princeps in publico proclamatur: deinde ei traduntur regni inſignia, item corona, ſceprrum, veſtis purpurea, &c. Tertiò ad templum deducitur, ibique peractis ſacris & invocato nomine Divino, ſolennibus ceremoniis initiatur, & veluti in poſſeſſione principatus conſtituitur, populo publica acclamatione & congratulatione ſua deinde principis inaugurationem approbante.

18. Hiſce actibus acquiritur principi jus majeſtatis, hoc eſt, ſumma in cives ac ſubditos, legibuſque ſoluta ac

re viventes ad humanitatem & pietatem abduceret.

Theſ. 17. Ad verba, ſolennibus ceremoniis initiatur.

Inter quas Ceremonias præcipua eſt inunctio, quæ Exemplo Regum populi Iſraël introducta fuit. Sed hoc diſcrimine, quod in veteri teſtamento non omnes inuncti fuerint Reges, ſed primi tantum alicujus familiæ. Hodie autem omnes ac ſinguli Reges inungantur.

Theſ. 17. Ad verba, congratulatione.

Cu-

ac perpetua poteſtas. Atque hæc eſt veluti forma principis,& anima regni.

19. Ad jus majeſtatis præcipue pertinent: 1. Bellum indicere & pacem inire. 2. Leges ferre & jura condere. 3. Magiſtratus mandare. 4. Non admittere provocationem. 5. Damnatos ſententiâ judicum liberare. 6. Fidelitatem & obſequium poſtulare. 7. Monetam cudere.

CAP. VI.

De Regimine Principis in genere, deque Legibus.

ATque hactenus de Perſona Principis, deque cauſis ſive modis perveniendi ad principatum: Nunc porro de Regimine, ſive de cura principis agendum eſt.

2. De

Cujus formula eſt, vivat Rex. Ita Romani cum Carolus M. Romæ à Papa Leone III. coronatus fuiſſet, ter acclamarunt: Carolo Auguſto à Deo coronato, vita, ſalus & victoria.

2. De cura principis in genere tenendum eſt, ut ſciat ſe publicam perſonam eſſe, utque omnia ſua conſilia & actiones, dirigat ad publicum bonum.

3. Quod, ut facilius conſequatur, debet cognoſcere ſubditorum ingenium.

Theſ. 2. Ad verba, ut ſciat ſe publicam perſonam eſſe.

Non ergo quæ licita ſunt privatis, illa principi quoque licita ſunt.

Excipiuntur conjugia. Privatis licet inire conjugia pro ſuo arbitratu. Principis vero liberi non niſi conſenſu Reip.

Theſ. 3. Juxta illud: Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

Carolus V. non alia ratione tot diverſiſſimas gentes, Italos, Germanos, Belgas, Hiſpanos in officio continuit, quam quod ſingulorum ingenia exacte cognoſceret, adeoque Italus cum Italis, Germanus cum Germanis, Belga cum Belgis, Hiſpanus cum Hiſpanis eſſet.

Contra vero Philippus II. filius ejus merus Hiſpanus fuit ac nil niſi Hiſpanum præ ſe ferebat, unde ſtatim à ſe abalienavit Belgarum animos, quam etiam cauſam Strada principem cenſet, cur Imperio illarum provinciarum exciderit.

Theſ. 3. Ad verba, de univerſis debet judicare;

Debet noſſe princeps ingenia ſuorum finitimorum & univerſorum, de primo genere jam diximus.

Fini-

nium. Et quia non poteſt cognoſcere ſingulos, de univerſis debet judicare ex pleriſque.

4. Et quia populus eſt credulus, mobilis, varius, inconſtans, præceps, & vehemens; res eſt maximæ prudentiæ, eum intra obedientiæ limites continere.

5. Ad quam rem neceſſarium eſt, ut

Finitimorum. Quia ſæpe cum illis negotia & fœdera intercedunt. Nam ſicut Liv. inquit 45. lib. ſunt tam civitatum quã ſingulorum hominum mores, genteſque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum & venerem proniores aliæ ſunt.

Univerſorum Quia quidam affectus ſunt communes omnibus hominibus.

Theſ. 4. Ingenium populi.

1. Eſt credulum juxta Tacitum 1. hiſt. Facilis civitas ad credenda, accipiendaque omnia nova, præſertim cum triſtia ſunt.

2. Mobile, varium & inconſtans; vulgo enim nihil incertius, & in multitudine eſt varietas, & crebra tanquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatio.

3. Præceps, vehemens & fervidum, ſecundum Saluſt. Ingenio mobili, ſeditioſum atque diſcordioſum, cupidum novarum rerum, quieti & otio adverſum vulgus. Præſertim ſi ducem habeat. Tacitus 1. Annalium. Nihil auſura plebs principibus amoris.

ut princeps omnia ipſe agat, aut ſaltem firmet: ut ſubditis perſuaſum ſit, principem non alienis oculis, ſed propriis omnia videre.

6. Neque vero hoc ſatis eſſe debet Principi, ut Reipublic. bene ſit quamdiu ipſe vivit: ſed etiam, ut poſt mortem ſuam, beata ſit. Quare de rebus omnibus teſtamento maturè diſponat, & idoneos teſtamenti executores conſtituat. Teſtamentum ne vulget. In teſtamento ſucceſſorem nominet ſi dubius ſit, & res ea ſit in ſua poteſtate. Si ſucceſſor certus ſit, monebit eum princeps de omnibus, quæ ad regni ſalutem maxime judicabit pertinere. Si non ſit in ſua poteſtate ſucceſſorem deſignare, Proceribus aliquem commendabit, quem ju-

Theſ. 6. Ad verba, ſed etiam ut poſt mortem ſuam beata ſit.

Non debet imitari Caligulam, cujus votum fuit ut ſe mortuo terra imiſceretur igni; Neque Alexandrum M. qui Remp data opera poſt mortem ſuam civilibus bellis involvit.

judicabit ad regni adminiſtrationem maximè idoneum eſſe.

7. Uxori, liberis non ſucceſſuris, teſtamento quoque proſpiciat, iiſque tantum aſſignet, quantum ſatis eſt ad vitam decorè tranſigundam. Quin & præmia quædam ſtatuat fidelibus adminiſtris, eoſque hortetur ad fidelitatem præſtandam tum Reipub. tum ſucceſſori, tum etiam conjugi cæteriſque liberis.

8. Verum quia doctrina de Regimine principis late patet, quædam capita, ordinis cauſa, conſtituemus, ad quæ omnia principis officia referemus. Primo agemus de Legibus, ſive de cura principis circa leges. 2. De Principis Adminiſtris. 3. De ſubditorum nativitate, & educatione. 4. De gradibus ac communione civium. 5. De judicio forenſi & cenſorio. 6. De victu & ſanitate tuenda, deque ſepultura, aliiſque rebus ad felicitatem civium ſpectantibus. 7. De

reditibus publicis. 8. De cura defendendæ, augendæ, & exornandæ Reip. 9. De Aula Principis. 10. De peregrinis. 11. De Legatis. 12. De fœderibus. 13. De bello. 14. De cauſis mutationum, & vitiis principatus.

9. Lex (ut hinc ordiar) eſt regula earum rerum, quæ, vel faciendæ vel omittendæ ſunt, ut Reſpub. feliciter regatur.

10. Lex vel divina eſt, vel humana. Lex humana, vel eſt Lex naturę, vel

Theſ. 9. Ad verba, lex eſt regula.
Sive ut Papinianus definit, Lex eſt commune præceptum virorum prudentium conſultum, communis Reip. ſponſio.
Forma legum conſiſtit in recta ratione, ſicut vulgo dicitur, animam legis eſſe rationem. Nam ſi lex ratione non ſit informata, ne nomen quidem legis habet.
Theſ. 10. Ad verba, lex humana vel eſt lex naturæ.
Lex humana vel eſt Naturalis, vel Poſitiva, ſeu civilis.
Lex Naturalis omnibus per naturam ineſt.
Lex Poſitiva ſive civilis eſt concluſio ſeu conſequentia, deducta ex lege naturæ, quæ pro ratione cauſæ efficientis, loci, vel alia circumſtantia varias

vel gentium, vel Politica vel Oeconomica.

II.

varias ſortitur denominationes, ut leges Solonis, vel Draconis, Duodecim tabularum. Item Lex Agraria, Sumptuaria, Frumentaria, vel Athenienſium, Romanorum.

Quæſtio. *An in Rep. bene conſtituta neceſſariæ ſint ſcriptæ leges, ſive præſtet ne in Rep. jure ſcripto an vero moribus ſeu jure non ſcripto uti?*

Ratio Dubitandi.

1. Ex litium & negotiorum varietate & multitudine.

2. Ex ambiguitate legum ſcriptarum, quæ innumeris quæſtionibus controverſæ ſunt.

Solutio. Jus ſcriptum eſſe præferendum.

1. Ut nimirum Magiſtratuum poteſtas definita certis limitibus ſit.

2. Ex uſu omnium fere gentium.

3. Exemplo Judæorum, quibus ab ipſo Deo leges ſcriptæ datæ fuerunt.

Alii dividunt Legem humanam in communem & propriam. Communem vocant, quæ communis hominum & Brutorum, ac alio nomine jus naturæ dicitur, quæ natura omnia animalia docuit, qualia ſunt maris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio ac educatio.

Propria eſt, quæ hominum tantum eſt, & alio nomine jus gentium appellatur, quæ ſolis & omnibus gentibus conveniat, eſtque vel primævum, vel ſecundævum.

Primævum quod à principiis divinis, vel à recta naturali ratione proficiſcitur, ut colere Deum,

11. Lex Politica (ut de cæteris nihil dicam) eſt, quæ pertinet ad Rempub. Eſtque vel norma ſuſcipiendi, vel regendi principatum. Leges ſuſcipiendi principatus vocantur Leges fundamentales, & jura regni.

12. Leges regendi principatus ſunt, ſecundum quas princeps imperat ſubditis, & ſubditi principi parent. Nam licet princeps ſit legibus ſolutus, nihilominus tamen leges debent eſſe norma principi ſecundum quam ſubditos regat.

13. In legibus ſpectatur ſanctio, exſecutio, interpretatio & abrogatio. Atque hæc omnia ad Principem quidem

parentibus obedire.

Secundarum, quod ab externis & civilibus principiis non ſtatim cum genere humano ortum, ſed poſtmodum uſu exigente, & humanis neceſſitatibus à gentibus conſtitutum, qualia ſunt diſtinctio dominorum, emptio, venditio, contractus, fœdera, bellum.

Lex propria, quam Author definit Theſ. 11. eſt quam quælibet civitas propriam ſibi conſtituit, & hæc pro qualitate & natura loci, perſonarum, varia eſt ac mutabilis.

dem jure pertinent; ſed ita tamen, ut expediat viros ſapientes ac juſtos ab illo adhiberi, quorum opera & conſilio utatur in legibus condendis.

14. Leges debent eſſe æquæ, atque utiles Reip. tum breves & nervoſæ. Non facile enim legi addenda ratio eſt.

15. Executio legis eſt, quum princeps aut præmia dat obſervatoribus; aut pœnam infligit tranſgreſſoribus.

Theſ. 14. Adjuncta legum hæc ſunt:

1. Ut leges quam fieri poteſt ſint bonæ, paucæ & generales, ſive breves & Nervoſæ, juxta regulam vulgarem:

Lex debet imperare, non ſuadere.

2. Ut interpretatio legum fiat ſecundum mentem legiſlatoris, non vero præciſe ſecundum ipſa verba, ac ſi aliquid ambigui in legibus, benignior ſemper præferenda eſt ſententia.

Theſ. 15. Effecta legum ſunt, quod vel ad obedientiam, vel ad pœnam obligat, non vero neceſſario præmia dat obſervatoribus. Ut videtur Authori velle.

Theſ. 15. Ad verba. hinc omnis legis vis atque Authoritas dependet.

Lex enim executione carens eſt quaſi Campana aut nola ſine piſtillo, aut veluti Magiſtratus mutus, ac mortuus, ut Bod. 3. de Rep. loquitur.

Th. 17.

ribus. Hinc omnis legis vis, atque autoritas dependet.

16. Cum legis ſententia dubia eſt, principis eſt eam pro diverſa ratione locorum, temporum, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, interpretari, & ad uſum publicum accommodare.

17. Etſi princeps habeat poteſtatem abrogandi leges, non debet tamen,

Theſ. 17. Ad verba, non debet tamen quæ ſemel lege conſtituta.

Quia omnis repentina mutatio periculoſa eſt. Hinc apud Locrenſes collum in funem mittere cogebatur, qui novam volebat introducere legem, ut ſi non acceptaretur à populo, contracto laqueo ſtrangularetur. Excipiuntur tamen duo caſus:

1. Manifeſta legis iniquitas.
2. Si Reip. pernicioſa ſit.

Quæſtio. *Vtrum leges Iudiciales Moſaicæ adhuc obligent?*

Reſp. Diſtinguitur inter

Leges Judiciales, communes ac immutabiles, quæ coincidunt cum legibus moralibus, ut de homicidio, adulterio, blaſphemiâ, percuſſione parentum: Et hæ obligant ac æternæ ſunt. Et inter Particulares peculiares ſolis Judæis, ac mutabiles, hæ non obligant, ſed abrogatæ ſunt una cum ipſa Politia Judaica.

T. L.

men, quæ ſemel lege conſtituta aut conſuetudine, quæ vim legis habet, recepta ſunt, temere mutare; ſed tum demum, ſi lex manifeſtam iniquitatem contineat, aut Reip. pernicioſa ſit.

CAP. VII.

De Conſiliariis, aliisque regni adminiſtris.

QUia princeps neque omnia ſolus conſtituere, neque omnibus partibus ſui principatus præſens eſſe poteſt, neceſſariò debet adhibere adminiſtros, quorum operà utatur aut in capiendis conſiliis, aut in rebus gerendis.

2. Princeps eligat miniſtros bonos, fideles & peritos. Tale enim fere eſt principis regimen, quales ſunt mi-

Theſ. 1. Nullum eſt majus boni Imperii inſtrumentum, quam boni amici, Plin. in Panegyr. Neque exercitus, neque Theſaurus præſidia Regni ſunt, verum amici. Saluſt. in Iugurtha.

miniſtri. Non facile autem uni plura munera commendet.

3. Miniſtri vel ſunt ad conſilium (hi vocantur Conſiliarii) vel ad res gerendas.

4. Etſi autem Princeps ſuarum rerum ſit intelligentiſſimus, tamen non

Theſ. 3. Conſiliarius eſt perſona publica fidelis, rerum hominumque perita, Salutaria pace ſive bello ſuggerens.

Theſ 4. Rejicitur dogma Machiavelli, qui pro regula univerſali ac certiſſima ponit, bonum principis conſilium à principis prudentia, non autem principis prudentiam à bonis conſiliis derivandam.

1. Quia rariſſima dantur Exempla eorum principum qui à ſe ipſis ſapiunt, quales fuerunt Salomo, Carolus ſapiens Rex Galliæ, Alphonſus Rex Arragoniæ, Henricus IV. Rex Galliarum, & tamen hi ipſi plerumque uſi fuerunt conſiliariis.

2. Quia res eſt valde periculoſa. Nam ſecundum Regulam: Maximus eſt error confidentia ſui. Nec ulli magis decipiuntur, quam qui ſibi ipſis perpetuo ſapere videntur.

Th. 6. Quæſtio. *Vtrum melius ſit bonum habere Principem, & malos conſiliarios, an bonos conſiliarios & principem malum?*

Reſp. Præſtat habere bonum principem, & malos conſiliarios, quam contra.

1. Propter auctoritatem, quia talis quiſque habe-

non facile aliquid aggredietur, quod magni momenti ſit, niſi conſultis primùm conſiliariis, idque maturè, ne neceſſitas conſilium præcipitet.

5. In conſiliariis duo ſpectanda ſunt: Primò, quales eſſe debeant; deinde, quomodo iis utendum ſit.

6. In eligendis conſiliariis multum momenti poſitum eſt. Adeo ut dubitari ſoleat, an tolerabilior ſit regni ſtatus ſub bono principe & malis conſiliariis, quam contra. Et certè, ſi princeps non ſit abſolutus monarcha, ſique mali appellatione non intelligatur malitioſus, verſutus & pertinax, ſed ſimplex & parum idoneus ad

habetur, qualis eſt, bonitas parit amorem, malitia contemptum, odium ruinam.

2. Propter Exemplum, quia qualis Rex talis Grex, & Regis ad Exemplum totus componitur orbis. Unde Ægyptii, claudicantibus Regibus & ipſi claudicabant, Lippientibus lippiebant.

3. Propter facilitatem remedii, quia bonus princeps corrigere ſua authoritate vitia conſiliariorum poteſt, non contra conſiliarii vitia principis.

ad imperandum, tolerabilius eſt, principem eſſe malum, quam conſiliarios. At ſi princeps ſit abſolutus monarcha, ſique malus dicatur princeps qui malitioſus eſt, & verſutus, res ſe habet contrario modo.

7. Conſiliarii 1. Sint incolæ potius quam peregrini, niſi forte eorum operâ foris utendum ſit. 2. Sint ſenes potius,

Theſ. 7. Ius indigenatus magnis nititur rationibus. Turpe eſt enim & valde abſurdum, Remp. committere exteris & peregrinis. Nam ut Cicero inquit 2. de Orat. Ad conſilium de Rep. dandum caput eſt noſſe Remp. Præterea cum nulla regio tam ſit ſterilis virorum idoneorum, ad Remp. gerendam, quid opus eſt illam excluſis indigenis committere peregrinis, qui plerumque odio habent & habentur? Contra hanc regulam peccavit Catharina Medicea Regina Galliæ, quæ Italis maxima Reip. commiſit. Item Maria Medicea quæ Marchionem Ancreum Florentinum regno præfecit. Et hodie Anna Auſtriaca, quæ per Cardinalem Maſarinium hominem Siculum & Gallis vehementer exoſum regnum adminiſtrat.

Theſ. 7. Ad verba, ſint ſenes.

1. Quia quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum eſt. Saluſt. in Catilin.

2. Quia adoleſcentes plerumque improvidi, imperiti, præcipites, temerarii.

3. Ab experientia, exemplo Rehabeami Regis

Iudæo

potius,quam juvenes: utile tamen eſt, juvenes conſiliis intereſſe, ſi non ſint ſecreta, non ut dicant ſuffragia, ſed ut audiant. 3.Neque nimis tardi ſint, neque nimis præcipites.

8. Conſiliarii ſint prudentes, hoc eſt, periti rerum politicarum, non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie. Cognoſcat ingenium & mores ſui principis, ſitque verſatus in nationibus exteris.

9. Præterea ſit pius, probus & amans

Iudæorum, qui conſilia juvenilia prætulit ſenioribus, atque ita ruinam ſibi acceleravit.

Theſ. 7. Ad verba, utile tamen eſt juvenes conſiliis intereſſe, ſi non ſint ſecreta.

Ita Romani Senatores liberos ſuos ſecum in ſenatum ducebant, ut paulatim à juventute aſſueſcerent gravitati Senatoriæ. Exemplum extat egregium de Papyrio prætextato apud Livium.

Theſ. 9. Quæſtio. *Præſtet ne habere conſiliarios ſubtiles an vero hebetiores?*

Reſp. Affirmatur poſterius.

1. Quia ſubtilitas peccat in exceſſu & ſecundum Thucycidem l 3. hebetiores quam acutiores ut plurimum melius Remp. adminiſtrant.

2. Quia ſubtilia ingenia in perpetuo ſunt motu, & nunquam uni rei inſiſtunt, adeoque novan-

mans Reipub. ſit fortis, temperans, manſuetus: non contentioſus aut arrogans. Placide ferat eorum ſententias, à quibus diſſentit, neque aſpernetur promiſcuè omnia conſilia, quorum ipſe non eſt autor. Sit præterea verax, ſententiamque libere dicat, ſive ea grata ſit futura principi, ſive non ſit. Imprimis non ſit adulator: denique taciturnus & fidelis.

10. Cum res rara ſit bonus conſiliarius, non debet princeps temerè quen-

vandis, quam gerendis rebus aptiora. At vero conſilium requirit dexteritatem in inventione & conſtantiam in executione, ſecundum illud: Priuſquam incipias conſulto, ubi conſulueris maturo facto opus eſt.

Theſ. 9. Ad verba, denique taciturnus & fidelis.

Secundum Curtium lib. 4. Omnino res magnæ ſuſtineri non poſſunt ab eo, cui tacere grave eſt. Ægyptii linguam abſcindebant illis, qui arcana Reip. detexiſſent. Celebre illud dictum: Comburam tunicam meam ſi eam conſiliorum meorum gnaram cognovero.

D. o Caſſius tribuit Metello Macedonico, Mariana Petro Arragoniæ Regi, alii Mauritio Electori Saxoniæ.

Theſ. 10. Ad verba, in illius naturam, indolem,

quenquam admittere ad hoc munus, niſi prius diligenter inquiſiverit in illius naturam, indolem, ingenium & mores.

11. Eligi poſſunt conſiliarii ex variis hominum generibus, ſed imprimis ex nobilibus & doctis. Conſtituat ex his princeps diſtinctos conſiliariorum

lem, ingenium. & mores.

Temperamentum corporis & animi, adeoq; ingenium & mores diligenter ſpectanda ſunt in conſiliario. Omnium judicio excluduntur phlegmatici, & melancholici, qui nim. exceſſivè tales ſunt. Nim. Melancholia, quam Medici aſininam vocant, non vero illa, quæ ingenioſis, magnis adeoque heroibus propria eſt. Maxime probantur conſiliarii diverſarum Naturarum inter ſe velut temperati, ut quidam ſint Melancholici id eſt lenti & cunctatores, quod preſſius & tardius omnia expendant, ac ad metum potius, quam ad ſpem, ad triſtia quam læta inclinent. Alii cholerici, id eſt acres, prompti ad inveniendum, fervidi & efficaces ad perſuadendum: nam Melancholici judicio, Cholerici inventione valent. Omnium optimi ſunt ſanguinei, qui aliquid participant, & de Melancholia. & de cholera ſive bile.

Theſ. 11. Ad verba. imprimis & nobilibus.

Reſpiciendum eſt ad circumſtantias loci, temporis ac populorum. In Helvetia nobiles non æſtimantur. Polonia autem cum nobilium numero abundet, plebejos inter Regni Senatores non ad-

rum ordines, & habeat alios magis, alios minus intimos; omnes autem jurejurando ſibi devinctos.

12. Hæc de Electione: de uſu conſiliorum hæc notanda ſunt. Primò debet princeps ipſe conſultationibus intereſſe: idque tum, ut altercationes impediat, tum ut animum augeat bonis ad fidelitatem; malis mi-

admittit. Obſervandum eſt conſilium Alexandri, qui non nobiliſſimum, ſed digniſſimum elegit ſucceſſorem. Male Ludovicus XI. Rex Galliæ, qui Olivarium tonſorem conſiliarium ſuum ac legatum fecit. Peſſime Wenceſlaus Imperator, qui carnificis compatris ſui, & lotricis conſilio utebatur.

Th. 11. Adverba, conſtituat ex his princeps diſtinctos. In Hiſpaniæ Regno ſeptem ſunt conſilia; Quæſtorium, Togatum, Militare, Frumentarium, Legale, Criminale, & Cenſorium.

Th. 12. Quæſtio. *An princeps omnibus conſultationibus intereſſe debeat?*

Reſp. Affirmatur, ſi res ſit majoris momenti. Turcarum Imperator in proximo ſenatus habendi loco, occulte cum vult conſiſtit, & ibi per cancellos ſive velo oppoſito omnium ſententias audit, ut adeſſe eum etiam, cum non adſit, fas ſit ſuſpicari & contra.

Th. 13.

minuat ſuâ præſentiâ.

13. Permiſſum ſit conſiliariis liberè ſuffragia dicere : ea deinde princeps excutiat. Ipſe ſententiam non aperiat, neque oſtendat, in quam partem inclinet. Si aliquorum conſilia male ceciderint, eo nomine conſiliarios non culpet : magis enim laudanda ſunt conſilia infauſta, ſi cum ratione conjuncta ſint ; quam temeraria, quæ

Theſ. 13. Ipſe ſententiam non aperiat.

Ita Tiberius Cæſar dicere ſolitus eſt, animum principis nemini cognitum eſſe debere, ipſum autem oportere, omnium ſententias & conſilia ſcire & callere.

Regulæ duæ ſunt, ex quibus de bonitate conſiliorum judicandum eſt.

1. Si finis Reip. honeſtus & ſalutaris, per Legitima media ſpectetur.

2. Si poſſit res honeſte fieri atque utilis ſit.

Auguſtus dicere ſolebat in omni deliberatione ſpectandum eſſe unde majora aut minora mala conſequi poſſunt, idque conſilium pro optimo eligendum, ex quo pauciora mala conſequi poſſunt, raro enim talia inveniuntur, quę omni malo careant.

Conſectarium. Conſilia cauta ordinarie præferenda ſunt calidis, & feſtinatis, quia ut Liv. l. 35. Conſilia calida & audacia, prima ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia.

Th. 16.

quæ fauſtum eventum habent. Imprimis caveat princeps, ne uni conſiliariorum ita obnoxius ſit,ut ejus nutu omnia gerat.

14. Utile eſt principi habere conſiliarios in vicinis regionibus, à quibus moneri poſſit de omnibus rebus, quæ ibi geruntur.

15. Conſilium aliud perpetuum eſt, aliud ſolenne. Perpetuum conſilium voco, quod princeps ſemper habet in aula. Solenne conſilium appello, quod ſtatis temporibus indicitur, convocatis præcipuis regni proceribus, atque ordinibus. Ejuſmodi conſilium, comitia ſolet appellari.

16. Indicere comitia pertinet ad prin-

Theſ. 16. Male Author judicat, Comitia in ſtatu Monarchico non debere eſſe frequentia, ratio ejus eſt inſufficiens & falſa, quia majeſtas principis ſtabilitur per comitia, & confirmatur, non vero evertitur.

In Anglia olim annua comitia fuerunt, poſtea triennalia, donec tandem paulatim Reges ſeducti hac opinione Authoris noſtri rara haberent, nec niſi ad extorquendam pecuniam, à quo principio tandem fluxit illa gravis commotio ac mutatio,

principem, aut ad eum, qui jus majeſtatis habet. Ea tamen in ſtatu Monarchico non debent eſſe frequentia, ne ſummæ poteſtati aliquid decedat.

17. Princeps comitiis tempus & locum dicat, & capita deliberationis ad omnes ordines, & comitiorum membra, tranſmittenda curet. Ipſe comitiis interſit, capita proponat, de iis, ſi opus ſit, verba faciat.

18. Hæc de conſiliariis: ſequuntur miniſtri ad res agendas, atque hi admodum varii. Alii enim ſunt publici, alii aulici. Publicorum miniſtrorum præcipui ſunt, Cancellarius, Gubernatores provinciarum, Præſides tribunalium publicorum, Imperatores, Tribuni equitum, Tribuni peditum; minus præcipui, Secretarii, Scribæ, Centuriones & Aulici, ut princeps Palatinus, hoc eſt, Præfectus Aulæ generalis, Mareſchallus aulæ, Cubicularius, &c. 19.

tatio, quæ hodie durat, cum Rex Carolus intra decem annos nulla haberet comitia.

19. Atque hæc officia ita varie variant, ut certa ratio iniri non poſſit. Unaquæque enim Reſpub. habet officia quædam ſibi propria.

20. De his omnibus hoc unum notari poteſt; Ut primaria officia tribuantur regni proceribus, ac nobilibus; non plebejis, niſi in iis ſingularis virtus emineat.

21. Utile etiam eſt, ut princeps habeat emiſſarios, quorum opera cognoſcere poſſit mentem & mores ſubditorum; ſed ita, ut ea res ſubditos lateat, utque delatoribus princeps non temerè credat, neque quenquam hac ſola de cauſa damnet, quia eſt ab exploratoribus delatus.

CAP.

Theſ. 21. Frequenter ipſi principes habitu diſſimulato Emiſſariorum vicem funguntur, quamquam illud interdum cum magno periculo conjunctum ſit, quemadmodum Nero, cum diſſimulato habitu per urbem graſſaretur, peſſime verberibus & vulneribus per ignorantiam affectus eſt. Idem refertur de Carolo V. Chriſtiano Daniæ Rege.

Th. 4.

CAP. VII.

De Subditorum Nativitate, Educatione & Sepultura.

NIhil eſt ferè, cujus majorem curam princeps gerere debeat, quam ſuorum ſubditorum. Nam ſi ſubditis bene ſit, univerſa Reſp. facile erit beata. In ſubditis multa ſpectari debent: nos primum locum dabimus nativitati, educationi, & ſepulturæ.

2. Ut nihil in nativitate peccetur, certæ leges ferendæ ſunt de ineundis matrimoniis. Neque enim permittendum eſt cuilibet, quamlibet ducere, aut cuilibet nubere. Neque tantum conditionis aut fortunæ, ſed & virtutis, & ætatis habenda eſt ratio.

3. Nemini fas ſit abortum fœminæ procurare, multò minus infantes recens natos exponere, aut necare, ſed hæc tanquam atrocia facinora debent coërceri.

4. Diligenter attendi debet ad il-

legitimas liberorum procreationes, eæque omnibus modis impediendæ, ne Reſp. nothis & ſpuriis repleatur. Quod ne fiat, ſpurii non facile ad dignitates evehendi ſunt.

5. Con-

Theſ. 4. Quæſtio 1. *An ſpurii in civitate tolerandi ſunt?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia culpa matris non debet imputari liberis innoxiis, nam pœna ſuos tantum debet tenere Autores.

2. Quia nihil prohibet quo minus ſpurii evadant cives boni, imo vero qui propria virtute decoratur, parentum ſuorum opprobriis non debet dedecorari.

Quæſtio 2. *An ſpurii, ſive illegitimi ad Magiſtratum gerendum admittendi ſint?*

Reſp. Negatur.

1. Quia Imperantem decet ab omni labe alienum eſſe, & ne quidem leviſſima debet hærere ſuſpicio, illum ad malum fore proclivem.

2. Quia laborant infamia facti. Convitium enim eſt, ſi quis honeſtus ſpurius appelletur.

3. Quia intereſt Reip. matrimonia ſanctè coli, & omnes amore poſteritatis in officio contineri.

4. Quia pleraque exempla ſpuriorum, qui Remp. geſſerunt infauſta ſunt.

Excipitur caſus. Si ſpurius heroicâ prædi:us ſit virtute, & Reſp. eo carere non poſſit, quales fuere Jephtha Iſraelitarum Dux, & Eraſmus Roterodamus.

T. 6.

5. Conſtituendæ etiam ſunt publicâ autoritate obſtetrices peritæ & fideles, hiſque in mandatis detur, ut parturientibus nomen patris ſciſcitentur, ſi maritos non habent.

6. Hæc de nativitate: ſequitur educatio, quæ tam eſt neceſſaria in Repub. ut ſine ea omnis magiſtratus cura inanis ſit. De eâ ſic ſtatuendum eſt.

7. Pueri domi educandi ſunt ad annum

Theſ. 6. Ad verba, quæ tam eſt neceſſaria in Rep.

Secundum Iſocratem: Qui male educati ſunt, audent etiam leges optimè ſcriptas violare.

Theſ. 7. Quæſtio. *An Inſtitutio puerorum debeat eſſe publica?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia liberi gignuntur non ſolis parentibus, ſed & patri ac Reip.

2. Quia privata inſtitutio unius eſt remiſſa & mollis.

3. Quia in privata inſtitutione deeſt æmulatio.

4. Quia præmia & pœnæ majorem habent efficaciam in publico, quam in privato.

5. Quia pueri in Scholis contrahunt inter ſe amicitiam & concordiam, quæ Reip. utilis eſt, poſtquam adoleverint.

annum ſeptimum : inde cum parentum curâ, publica cura principis ſe debet conjungere, & publica inſtitutio. Neque liberum eſſe debet parentibus liberos ſuos in publicam diſciplinam tradere, aut non tradere.

8. Huic rei Collegia, Gymnaſia, & Scholæ conſtituendæ ſunt ad omnes liberales artes; & reditus eo pertinentes. Quinetiam deligendi ſunt viri prudentes, qui publica autoritate hoc unum agant, ut juventus bene inſtituatur.

9. Seorſim inſtituendi ſunt pueri & puellæ. Inſtitutio puerorum vel ad corpus.

6. Quia ex domeſtica inſtitutione, vel nunquam vel raro generoſa ingenia prodeunt.

Theſ. 9. Ad verba, aſſueſcant ad labores tolerandos.

Quod præcipuè apud Spartanos factum, ubi pueri in rus à conſpectu parentum amoti, ut famem, frigus, labores, & omnia vitæ incommoda tolerare diſcerent. Ita Henricus IV. poſtea Rex Galliæ in pueritiâ ſuâ duriſſime educatus fuit, ac nudis pedibus, nudoque capite, nives ac aſperrimos montes calcare didicit, unde corpus illi laborum tolerans.

Th. 10.

corpus pertinet, vel ad animum. Inſtitutio corporis talis eſſe debet, ut pueri aſſueſcant ad labores tolerandos, utque corpora excerceantur ad agilitatem & ad robur; idque vel ut victum grandes parare poſſint, ſi neceſſe ſit; vel ut idonei ſint ad bellicos uſus.

10. Cui rei Gymnaſia conſtituat princeps, ubi omnia laudabilium exercitiorum genera præſcribantur, quæ juvenes ad bellum præparent.

11. Animi inſtitutio vel mentem concernit, vel mores. Mens imbuenda

Theſ. 10. Iuvenes in arte Gymnaſtica ſunt exercendi. Gymnaſtica diſciplina omnes motus corporis graviores complectitur, ut ſunt ars pugillatoria, jaculatoria, quæ fit vel Bombardis, vel Saxis, quæ omnia ad fortitudinem facere docet Ariſtoteles 8. Pol. cap. 3. & eſſe veluti præludia quædam virtutis Bellicæ, ſed videndum, quid valeant humeri, quid ferre recuſent.

Theſ. 11. Ad verba, ne quiſpiam in Repub. ſit otioſus.

In quam rem ſeveræ leges à Spartanis & Ægyptiis latæ ſunt, hodieque inprimis à Chinenſibus obſervatur. Utiliſſimum eſt habere ædes publicas, in quas compingantur otioſi & ſani ac robuſti mendici.

da eſt cognitione linguarum, artium & ſcientiarum liberalium. Sed hac in re adhibendum diſcrimen. Neque enim ſtudio literarum dicandi, niſi qui ad eam rem idonei ſunt; cæteri maturè opificia diſcant, aut mercaturam, aut diſciplinam militarem. Nec quiſpiam ſit in Repub. otioſus, nedum ut mendicare liceat ſanis ac robuſtis.

12. Artes puellarum ſunt, legere, ſcribere, computare, nere, ſarcire, &c. quas debent diſcere in ſeparatis gymnaſiis, ab honeſtis, & gravibus matronis à principe conſtitutis. Mores ſive virtutes utriſque communes ſunt.

13. Ut autem cives bene morati ſint, omnes virtutes publicè jubendę ſunt, & contraria vitia, conſtitutâ pœnâ, prohibenda, & coërcenda.

14. Neque vero hoc ſolum præcipere debet princeps, ut ſubditi vivant ſecundum præcepta Ethica; ſed hoc quoque debet curare, ut ſervent

prece-

prçcepta Oeconomica & Politica. Maxime quidem intereſt Reipub. ut ſubditi fortes ſint, temperantes, liberales, modeſti, juſti, contrariaque vitia ſtudioſe vitent: ſed tamen & hoc ad Reip. felicitatem pertinet, ut ſubditi prudenter rem familiarem curent, concordes vivant, contentiones vitent, & id genus alia quam plurima.

CAP. V.

De Victu & Sanitate tuenda, de morte, ſepultura, aliisque rebus ad felicitatem civium ſpectantibus.

ACtum eſt de ſubditorum nativitate & educatione: ſequitur porrò ut dicamus de victu, deque ratione curandæ annonæ.

2. Ut igitur difficultas annonæ vitari

Theſ. 2. Itaque Romani magnâ copiâ frumentum ex Ægypto, Siciliâ & Africâ Romam deferebant, quæ etiam ratio fuit cur Auguſtus & Tiberius interdixerint Ægypti procurationem potentioribus, ne Italiam fame urgere poſſent.

vitari poſſit, in Repub. conſtituendi ſunt procuratores annonæ, iiſque miniſtri adjungendi, qui ad omnia attendant, quæ vel obeſſe poſſint annonæ, vel prodeſſe.

3. Horum procuratorum munus eſto: Primò, menſurarum & ponderum rationem exigere, & explorare: eoſque punire, qui iniquâ menſurâ fuerint uſi. Deinde dare operam, ut agri diligenter colantur, propoſitis etiam præmiis, aut immunitate à vectigalibus in aliquot annos, ſi qui aut paludes exhauriant, aut agros ſteriles ſubigant; utque tollantur impedimenta quibus ab operibus agricolæ diſtrahuntur. Tertiò, pretium annonæ conſtituere, ne cui liceat illud augere ſuo arbitratu.

4. Quæ aliunde advehenda ſunt, princeps curare debet, ut advehantur facile ac tuto, tum etiam, ut facile exportari poſſint, ſi quæ in Rep. ſuperſunt.

5. Et

5. Et ne penuria publica, aut fames metuenda ſit, granaria conſtituantur, in quibus tantum frumenti colligatur, quantum ſatis eſſe judicabitur ad annuam neceſſitatem ſublevandam.

6. Cum jam neceſſitas premit, nihil exportari frumenti debet. Nulli licere debet plus habere frumenti quam neceſſe eſt: reliquum æquo pretio vendere teneantur, vel inviti. Flagellatores frumenti ſeverè admodum puniantur.

7. Si neceſſitas vehementer premat, frumentum publicum per familias dividatur, pauperibus gratis, aut vili pretio: divitibus, modico.

8. Sic de victu: ſed & ſanitatis habenda eſt ratio: cui curandæ conſtituantur tum Ædiles, tum Medici.

9. Ædilium munus ſit providere, ne

Theſ. 5. Ad verba, granaria conſtituantur. Ita in Ægypto Ioſephus extruxit granaria, & in omni Rep. bene conſtituta publicum debet eſſe granarium, ad ſublevandam inopiam vel famem.

ne quid in urbe putidum ſit aut fœtidum, neve corruptæ carnes aut piſces veneant, ex quibus rebus aut aër infici poſſit, aut contagio naſci.

10. Medici conſtituantur periti & fideles: impoſtores & circumforanei, ſeverè puniantur.

11. Medicorum munus ſit, non ſolùm ægros curare, ſed etiam pharmacopœorum officinas publicâ autoritate luſtrare, ne forte medicamentis utantur corruptis.

12. Tempore peſtis laborandum eſt, ne contagio ſerpat, quantum quidem illud fieri poteſt.

13. Si qui fugere contagionem velint, liberum eſto omnibus, præter eos, quibus publici officii causâ ſubſiſtendum eſt.

14.

Theſ. 12. Ne contagio ſerpat.

Ita Athenienſes in magnâ peſtilentiâ, quæ fuit 2. anno belli Peloponneſiaci, ſuaſu Hippocratis Medici magnos per civitatem incenderunt ignes, atque ita infectum aërem à contagione purgarunt.

Th. 14.

14. Atque hæc pertinent ad vitam ſubditorum: ſequuntur, quæ circa mortem ſervanda ſunt.

15. Primum princeps rectè conſtituat, quæ pertinent ad rem teſtamentariam; detque operam, ut bona defunctorum juſtis hæredibus intacta ſerventur, etiamſi longè ſint abſentes: quod non ſolum de civibus, ſed etiam de peregrinis ſervandum videtur, etiamſi in Gallia & alibi contra fit, ubi Rex peregrinorum bona, ſi moriantur, fiſco addicit, etiam propriis liberis ademta.

16. Corpora defunctorum ſepeliantur extra hominum cœtum, ne vivis nocere poſſint: Et matutino potius, quam alio tempore.

17. Ca-

Th. 14. Ad verba Ubi Rex peregrinorum bona. Interdum tamen tanquam peculiare privilegium obtinent peregrini diſponendi de bonis ſuis pro arbitrio, quemadmodum hoc privilegio fruuntur Germani in Gallia & Italia.

Theſ. 16. Ergo cœmiteria & ſepulchra non ſunt extruenda in templis, quia ſic non ſunt extra hominum cœtum, & facile aërem inficere poſſunt.

T. 17.

17. Cadavera neque nimis cito efferantur, neque nimis tarde. Pompæ funebres ſint moderatæ: Neque cuiquam liceat theſauros unà cum mortuis ſepelire.

18. Atque hæc quidem omnia neceſſaria ſunt, ut ſubditi commode honeſtèque vivant: ſupereſt, ut quædam adjiciamus, quæ pertinent ad ſplendorem & jucunditatem.

19. Ad quam rem requiritur, ut decus & ſplendor illuſtrium familiarum

Theſ. 17. Ad verba; neque cuiquam liceat theſauros una cum mortuis ſepelire.

Id quod apud aliquas gentes obtinet, ubi mortui cum pretioſiſſimis bonis ſuis ſepeliuntur, quemadmodum illud fieri ſolet apud Indos, & in quibuſdam Germaniæ partibus.

Ratio triplex.

1. Quia res eſt inutilis & damnoſa.

2. Quia occaſio datur furibus violandi ſepulchra mortuorum.

3. Quia ritus ille Ethnicus eſt & ſuperſtitioſus.

Theſ. 19. Debent ergo eſſe leges ſumptuariæ ac veſtiariæ, ne nimir. plebejus eodem ſplendore utatur in veſtibus atque nobilis & illuſtris vir. Tales leges obtinent in Rep. Noribergenſi, apud Venetos & alibi.

Th. 20.

rum conſervetur in poſteris; utque homines illuſtres externis etiam rebus, ſupellectile, victu & amictu tueantur dignitatem ſuam.

20. Si qui nobilium peregrinas gentes inviſant, moribus exculti ſint, & ſumptibus idoneis inſtructi, ut domus ſuæ ſplendorem referant. Aliter enim futurum eſt, ut gentem ſuam dedecore afficiant.

21. Ad delectationem requiri videtur ut princeps ſuis ſubditis præbeat, aut ſaltem indulgeat, quædam genera publicorum ludorum, & conviviorum: ſed tamen iis modum ponat.

Theſ. 20. Ad verba, aliter enim futurum eſt.

Hoc vulgariter tribuitur Scotis atque Hibernis, qui, quamquam mendici frequentiſſimè, tamen jactitant ſe regia ſtirpe natos eſſe, unde contemptus in gentem & dedecus.

Theſ. 21. Ad verba, quædam genera publicorum.

Ita Romæ frequentia ſub Imperatoribus edita fuerunt ſpectacula, ludi, venationes. Ita in Anglia ejuſmodi ſpectacula ſive pugnæ ferarum frequentes ſunt. In iis tamen omnibus modus ſervandus eſt, ne exinde populus mollis fiat.

Cap. X.

De Gradibus ac Communione civium.

QUæ ſuperiore capite diximus, cives ſingulos ſpectant: ſequitur, ut civium gradus inſpiciamus, & communionem.

2. Gradus ſpectabimus in dignitate, officiis, & beneficiis.

3. Eminentiſſimi gradus eſt Dux; ſequitur 2. Marchio, 3. Lantgravius, 4. Co-

Theſ. 3 Cives ſunt vel Nobiles vel Plebeji.

Nobiles ſunt vel Sereniſſimi, vel Illuſtriſſimi, vel Illuſtres, vel Generoſi, vel Strenui.

Sereniſſimi, ut Imperatores, Reges, Magni Duces, Archiduces, Duces, Electores. Nam ipſe Imperator in jure vocatur Nobiliſſimus.

Illuſtriſſimi, ut Principes, Marchiones, Comites Palatini, Lantgravii. Item Marchionem Miſnenſem Innocentius III. Pontifex vocat nobilem virum. Illumque ſtylum curia Romana hodieque obſervat.

Illuſtres, ut Comites.

Generoſi, ut Barones.

Strenui, ut illi quos vulgo ſpeciali nomine Nobiles appellamus.

Plebeji dividuntur in Mercatores, opifices, milites, & agricolas.

No-

4. Comes, 5. Baro, 6. Nobilis, 7. denique plebeii, ſinguli ſecundum gradus,

Nobiles ſunt vel genere, vel virtute, vel utroque modo. Secundi generis præferuntur primis. Tertii utriſque.

Mercatura non ſemper nocet Nobilitati, ſi modo non ſit ſordida. Ita apud ipſos Italos Principes & Nobiles mercaturam faciunt.

Ex quo patet Thebanorum inſtitutum non adeo firmis rationibus niti, qui neminem ad Remp. regendam admittebant, niſi decennio mercaturâ abſtinuiſſet, cum per ſe in Mercatura nihil mali ſit, vel quod cum Rep. pugnet.

Virtus & ſcientia nobilitant Naturaliter, non civiliter.

Ex quo patet, Nobiles alios eſſe naturales, alios civiles.

Quæſtio. *An hi duo civium gradus in omni Rep. ſive ad conſtituendam Remp. ſint neceſſarii?*

Reſp. Affirmatur de Nobilibus & plebejis naturalibus; nam cum virtus ſit neceſſaria ad Rempub. Virtus autem nobilitet, conſequitur Nobiles in Repub. eſſe debere: cum autem tanta ſit naturæ humanæ pravitas, ut ſemper plures reperiantur animo vili, ſordido, degenere, patet neceſſario quenque dari in Rep. ordinem non Nobilium, quos plebejos appellamus.

Negatur de Nobilibus civilibus. Ita Plato in ſua Rep. omnes cives pares eſſe voluit. Ita Helvetii & Argentoratenſes Nobiles ab omnibus

dus, qui admodum varii ſunt, ut Mercatores, Milites, Agricolæ, Opifices, Mercenarii, &c.

4. Ut autem ſubditi gradibus diſtincti ſunt, ita expediret Reipub. ut diſtinctis modis rationem œconomię inſtituerent. Neque liceret nobili, imitari Baronem in faciendis ſumtibus: neque Baroni Comitem, ſed bene contrario modo, ſi iſtud inopia flagitet.

5. Quod attinet ad officia, ea ipſe princeps tribuat non ob pretium, ſed ob meritum. Eſt enim & turpe, & periculoſum, officia Reip. vendere.

6. Officiariorum dignitatem, autoritatem & privilegia princeps diligenter tueatur: eorum ſimultates opprimat: in eorum adminiſtrationem & delicta inquirat.

7. Cæterùm tam varia ſunt officia in unaquaque Rep. ut eorum nomen-

bus Imperiis ſubmoverunt. Ita apud Siculos Tranſylvaniæ populum, nemo eſt plebejus, ſed omnes æque Nobiles.

T. 8.

menclator & leges, ex ſingularum rerumpub. deſcriptione petenda ſint.

8. Superſunt beneficiarii, qui & va-

Theſ. 8. Feuda voce Longobardicâ appellantur illa beneficia, quæ benemeritis in Rep. tribuuntur hæreditario jure, quamdiu ſe bene geſſerint, poſſidenda. Qui illa poſſident, vocantur vaſalli. Illorum varia ſunt genera, ſed quæ in Politica uſum habent hæc ſunt, Feudum hæreditarium, Pactionatum, Regale, Antiquum & Novum.

Hæreditarium eſt, quod conceditur accipienti, pro ſe & hæredibus. & in quo ſucceditur jure hæreditario, non ex providentia juris feudalis, ſed ex juris communis diſpoſitione. Hæc feuda poſſunt alienari, teſtamento relinqui, oppignerari, confiſcari, ac ſunt inſtar bonorum patrimonialium.

Pactionatum, ſive ex pacto & providentia eſt Feudum, in quo ſuccedirur jure ſanguinis ſecundum diſpoſitionem juris feudalis: talia Feuda ſunt principum & Electorum in Germania, quæ non poſſunt alienari, confiſcari, & ad exteros transferri, ne quidem ob Crimen Læſæ Majeſtatis, quia nimir. nemo poreſt in illa ſucceſſione ſua præjudicari, cum omnes pro ſe & poſteris ſuis accipiant inveſtituram. Hæ Feuda non tranſeunt jure hæreditario, ſed beneficio primi acquirentis.

Antiquum ſive Paternum eſt, quod à patre vel alio in linea aſcendente recta communi ſtipiti acquiſitum eſt.

Novum eſt, quod nulla ſucceſſione acquiſitum eſt, ſed cujus cauſam habet acquirens à ſe & Domino concedente.

vaſalli dicuntur; eorumque beneficia, feuda nuncupantur vocabulo Longobardico, non Latino.

9. Feudum eſt prædium aliaque poſſeſſio immobilis, à vectigalibus libera, quam quis beneficio principis poſſidet, ut pro eo obligetur ad fidem, & ad officia belli tempore principi præſtanda.

10. Si beneficiarius fidem datam domino fefellerit: eique periclitanti non tulerit auxilia, aut etiam, ſi illius dignitatem non fuerit pro viribus tutatus, ipſo jure beneficiis excidit.

11. Neque vero ſolum ſubditi principibus feudi nomine tenentur fidem præſtare, quam homagium vocant; ſed & princeps principi, non quidem quatenus eſt princeps, ſed quatenus prædia poſſidet, in alterius principis ditione ſita.

12. Atque hæc de gradibus: ſupereſt communio ſubditorum vel in familiis, vel in vicis aut pagis, vel in civita-

vitatibus, vel in collegiis.

13. De familiis dictum quidem eſt in Oeconomicis. Hoc tamen tenendum impræſentiarum; Ad principem pertinere illuſtrium familiarum antiquam dignitatem tueri, omniaque jura, atque privilegia, quæ virtuti ſunt tributa, ad poſteros tranſmittere.

14. In hac tamen communione non

Th. 11. Ita Rex Galliæ fuit vaſallus Imperii Romani pro Regno Arelatenſi & Delphinatu, & hodie pro Alſatiâ. Ita reges Angliæ fuerunt vaſalli Regis Galliæ pro Normannia & Aquitania. Notandum quod ipſe Imperator ſibi ipſi poſſit eſſe vaſallus & homagium preſtare, quemadmodum Carolus V tales publicavit Literas. Nos Car. V. mandamus tibi Carolo Archiduci Auſtriæ.

Th. 14. Ignobilis uxor nobilitatem viri ſui acquirit, non vero contra maritus ignobilis conjugio nobili nobilitatur. Exemplum eſt Marchio Saluciarum, qui porcariam puellam, quam in venatione offenderat, uxorem duxit, quæ non minus titulo & fulgore principis eminuit, quam ſi illuſtrioris ſtirpis fuiſſet. Inter principes tamen hoc plerumque non obſervatur. Unde cum Carolus Archidux Auſtriæ duxiſſet nobilem virginem Velſeram Auguſta Vindelicorum oriundam, cæteri fratres ejus liberos hæreditate Ducatuum excluſerunt, quod ex impari nati eſſent conjugio.

T. 15.

non debent cenſeri fœminæ, utpote quæ ex nativa familia tranſeunt in familiam mariti.

15. Pagi & vici in tota Repub. debent eſſe frequentes, non ſolùm propter commoditatem eorum, qui iter faciunt; ſed maxime propter agrorum culturam.

16. Ut ergo pagana communio conſervetur, jura quædam tribuenda ſunt pagis, & præfecti ſive prætores, qui de cauſis quibuſdam levioribus cognoſcant; graviores cauſæ, & inter eas capitales, præſtiterit urbibus ſervari.

17. Urbana ergo communio magis

Theſ. 15. Ita Flandria tam frequentibus habitatur pagis, ut cum primum in eam veniſſent Hiſpani, unam exiſtimarint urbem eſſe Flandriam. Ita quoque Thuringia Germaniæ Provincia.

Contrarium obtinet Hiſpania, in qua frequenter totius diei ſpatio nullum hominem vel pagum reperias, quod peregrinantibus valde incommodum accidit.

Theſ. 17. Urbs componitur ex villis, vicis, Pagis & oppidis.

Villa eſt domus ſola, quæ ſi muro cincta ſit, appella-

gis neceſſaria eſt ad Reip. felicitatem, quia& ipſa major eſt. In ea ſpectentur locus, Perſonæ, & jura.

18. Urbs conſtituatur loco ſalubri,

pellatur caſtrum ſive caſtellum.

Vicus eſt ſeries ædium aliquot, eſtque vel Urbanus vel Paganus: Urbanus dicitur platea, & eſt ſeries ædium ex utraque parte cohærentium.

Paganus eſt platea plurimis villis non cohærentibus conſtans.

Pagus accipitur vel hiſtoricè, vel Politicè.

Hiſtoricè generaliter & late ſignificat totum aliquem tractum, ſive partem magnam Regionis. Ita Julius Cæſar ſcribit Helvetiam totam diviſam fuiſſe in quatuor pagos, id eſt quatuor diſtrictus.

Politicè accipitur ſtricte, pro conventu hominum in uno loco habitantium, & hoc ſenſu

Pagus eſt hominum cœtus ex pluribus conſtans vicis, nulla munitione cinctis.

Oppidum eſt pagus major, contra vim munitus.

Urbs eſt oppidum magnum, munitum, & variis ornatum privilegiis.

Metropolis eſt urbs maxima dignitate & privilegiis ampliſſima.

T. 18. Ad verba, urbs conſtituatur loco ſalubri.

Quia hoc maxime facit ad frequentiam. Urbes ergo non ſunt condendæ in paludibus uliginoſis, vel ubi cœlum grave ac moleſtum eſt, inter omnia loca præcipuè inſula Sardinia inſaluberrima cenſetur, quæ aërem pæne peſtilentem habet. Unde Tiberius 4000 Iudæorum eo velut Colo-

bri, & tuto; addo etiam fertili, ſi ſit campeſtris. Nam fertilitatem negotiationes facile compenſant, ſi ſint maritimæ.

19. An expediat arce muniri civita-

Coloniam miſit, ut gravitate cœli extinguerentur. Ita Hulſta Flandriæ oppidum loco inſaluberrimo condita eſt.

Theſ. 18. Ad verba, fertili.

Hoc non obſervaverat Dinocratus architectus celeberrimus, qui promittebat Alexandro, ſe montem Athon in urbem efformaturum, quæ 10000 Civium eſſet capax. Interrogante autem Alexandro, unde victus civibus? Reſpondit Dinocratus, de hoc non cogitaram. Videmus tamen maximas urbes in locis fere ſterilibus & arenoſis conditas eſſe, & tamen omni rerum copia abundare. Ita Noriberga Germaniæ florentiſſima urbs, in mediis circumquaque ſita eſt arenis, & tamen reliquas omnes civium multitudine, induſtria, ſagacitate, atque etiam opibus antecedit. Ita quoque urbs Lemovicum in Gallia; cauſa eſt quod nimia fertilitas molles ac otioſos reddit cives. Aſperitas autem loci ac ſterilitas eos ad induſtriam, & labores acuit.

Theſ. 19. Quæſtio 1. *An urbes muniendæ ſint?*

Negat Bodinus, iis argumentis.

1. Quod muri urbium cives reddant ignavos ac molles.

2. Quod captæ hoſtibus præbeant tutum receptum.

Eadem

vitates, non poteſt ſine diſtinctione affirmari. Arce enim opus eſt, ſi metuitur mala fides ſubditorum, aut ſi urbes ſine arce non poſſunt commodè muniri. Si urbes per ſe ſunt validæ,

Eadem ſententia Machiavelli.
Sed diſtinguitur,
1. Inter Regiones amplas ac potentes, & inter parvas ac invalidas.
2. Inter urbes Limitaneas & Mediterraneas.
Priores non opus habent muris, poſteriores habent.

Ita Polonia cum ſit regio campeſtris & ampliſſima, vel nulla, vel pauca habet oppida munita, propterea quod contra omnem hoſtem magno exercitu defendi poſſet. Contra Belgium vix ullum habet oppidum non munitum propter anguſtiam regionis, & quod aliter quotidianæ invaſiones hoſtium arceri non poſſunt.

Theſ. 19. Quæſtio 2. *An arces & Caſtella in urbibus contra civitatem extruenda ſint?*

Reſp. Diſtinguitur inter civitatem patriam & hoſtilem. Inter Regiones avitas & bello acquiſitas: de poſterioribus conceditur, quia ibi metuitur mala fides ſubditorum; de prioribus negatur, quia hi ſupponuntur eſſe fideles. Ita Rex Hiſpaniæ in Belgio, Italia, & India urbes Caſtellis contra civitates munivit, quoniam hi populi ſunt exteri Bello acquiſiti. At vero in Hiſpania vel nullas vel rariſſimas tales habent.

daæ, & ſubditi fideles, non opus eſſe videtur arce.

20. Perſonæ, quæ in hac ſocietate conſiderantur, ſunt cives, hoc eſt, qui eodem

Theſ. 20. Civitas ſpectatur vel Materaliter vel formaliter.

Materialiter, eſt multitudo hominum, qui participes ſunt ſuffragiorum, & juris de Rep. ſtatuendi.

Formaliter denotat ipſam Remp. Quantum ergo differt civis & ſubditus, tantum quoque civitas materialiter ſumpta, & Reſp In civitate materialiter omnes ſunt æquales, nullus eſt Magiſtratus, nullus ſubditus, quia nimir. omnes æqualiter habent jus ſuffragiorum. At in Repub. dantur gradus dignitatis, & alii imperant, alii parent, alii ſunt Magiſtratus, alii ſubditi.

Urbs & civitas differunt.

Urbs notat proprie ædificia & mœnia.

Civitas autem ipſos incolas.

Quod diſcrimen cum Carthaginenſes non obſervaſſent, decepti fuerunt à Romanis, qui promiſerant ſe civitati & privilegiis eorum nihil adempturos. Per civitatem Carthaginenſes intelligebant urbem, Romani vero incolas.

Quæſtio. *An Romani Carthaginenſibus injuriam fecerint, deſtruentes mœnia & urbem?*

Reſp. Negatur, quia nimirum male interpretabantur de urbe, quod promiſſum erat de civitate. Jam vero qui in contractu cum ſibi melius

eodem jure libertatis, iiſdemque privilegiis & commodis utuntur. In hoc communi civitatis jure alii naſcuntur, alii aſſumuntur. Et quamvis ambo cives ſint, tamen aliquod diſcrimen intercedere debet, inter nativos cives, & aſſumptos.

21. Jura civitatum admodum varia

melius cavere potuiſſet, id facere neglexit, neglexit id ſuo incommodo.

Theſ 20. Ad verba, cives alii naſcuntur, alii aſſumuntur.

Diviſio civium.

Cives alii ſunt perfecti, alii imperfecti.

Perfecti ſunt vel Naturales vel aſcriptitii. Naturales, qui ex parentibus civibus nati ſunt. Aſcriptitii, qui jus civitatis ſibi impetrarunt.

Imperfecte dicti ſunt vel incolæ vel confœderati.

Incolæ, qui jure habitandi in civitate fruuntur confœderati, qui ex pacto jus alienæ civitatis habent.

Quale pactum eſt inter Genevenſes & Bernates Helvetios. Præterea etiam dicuntur *cives honorarii*, quibus jus civitatis honoris cauſa offertur, quemadmodum hodie multi ſunt cives Romani & Veneti, qui alio nomine dicuntur *Titulares*. Hoc jus olim tantopere æſtimabatur ut etiam Reges potentiſſimi, civium numero adſcriberentur. Ita Rex Alexander M. fuit civis Corinthii honorarius.

ria ſunt; & ſingulis fere peculiaria. In genere obſervari poteſt, admodum neceſſarium eſſe, ut princeps urbanas communiones, earumque jura ac privilegia tueatur. Quia urbes revera ſunt excultrices commodarum artium ac virtutum, officinæ divitiarum, & aſyla exercituum tempore belli, ac munimenta Reip.

22. Poſtremo collegia in Rep. aut inſtituenda ſunt, aut permittenda, eaque vel Politicorum vel Eccleſiaſticorum, vel etiam mercatorum aut opificum. Conventicula, & clandeſtinæ coitiones ſeverè prohibeantur.

23. In omnibus collegiis ſeriis (nam

Theſ. 22. Ad Collegium conſtituendum vulgo dicuntur minimum tres perſonę requiri, juxta illud: Tres faciunt Collegium: quamquam nulla ratio dari poſſit, cur non æque duo poſſint facere Collegium. Collegium conſtituere privatis de jure non licet, ſed illud fieri debet authoritate ſuperioris: vis collegiorum conſiſtit in pluralitate votorum. Nam in omni Collegio vota non tantum ponderantur, verum etiam numerantur, quamquam cum hac limitatione, quod plures non poſſint ſtatuere aliquid in detrimentum tertii alicujus. T. 10.

(nam ludicra prætereo) ſua autoritate princeps præſit, aut per ſe, aut per delegatum; aut ſaltem reſciſcat, quæ iſtic peraguntur.

CAP. XI.

De Judicio forenſi & cenſorio.

UT hęc omnia, quæ hactenus pręcepimus, facilius obtineri poſſint in Repub. judicium requiritur ad bonorum propenſionem, ad virtutem augendam, & improborum malitiam coërcendam.

2. Judicium aliud eſt forenſe, aliud cenſorium. Et forenſe, vel ad præmia pertinet & pœnas, vel ad lites.

3. Judicia forenſia publicè fieri debent, idque ad coërcendam judicum improbitatem, & ſubditorum audaciam, & ad conciliandam rebus judicatis autoritatem.

4. In præmiis & pœnis irrogandis princeps, aut illi, qui principis loco

 ſunt,

ſunt, debent eſſe prudentes, & æqui. Si tamen peccandum eſt, præſtat in præmiis peccare, quam in pœnis.

5. Præmii loco, vel opes tribuuntur vel honor. Et parcius quidem opes tribuendæ ſunt, quam honores, ne ærarium publicum exhauriatur: attamen & in honoribus haberi debet modus; ne aut honores, nimis facile acquiſiti, vileſcant, aut ſubditi ad nimios honores evecti inſoleſcant.

6. Horum præmiorum varii ſunt gradus, per quos aſcenditur. Nam aut plebejus decoratur nobilitate; aut nobilis creatur Baro, & ſic porro. Sic item in officiis ac honoribus bellicis, & alibi.

7. Hæc præmia ſunt ordinaria. Extraordinarium præmium vocatur privilegium. Idque vel reale eſt, vel perſonale.

8. Perſonale privilegium eſt, quod uni tantum perſonæ ita conceſſum eſt, ut non tranſeat ad totam ejus familiam

miliam aut hæredes. Privilegium reale pertinet ad totam familiam, ſeſeque extendit ad hæredes.

9. Privilegia vel in immunitate conſiſtunt ab oneribus Reip. vel in fruitione alicujus rei quæ beneficii loco conceſſa eſt. Conceduntur autem privilegia vel perſonis, vel communitatibus integris.

10. In irrogandâ pœnâ obſervandum eſt, ut ea delictis ac perſonis reſpondeat, utque abſit acceptio perſonarum: Et, ſi forte integra communitas punienda ſit, ut exemplum pœnæ pertineat ad omnes; ſeveritas, ad paucos. Tale pœnæ genus olim erat decimatio.

11. Lites vel inter magiſtratum & ſubditos, vel inter ſubditos oriuntur.

12. Etſi

Theſ 10. Ubi omnes peccarunt, ibi omnes puniri non poſſunt: in eo caſu obſervatur illa Regula, quam Tacitus proponit, nimir. exemplum ad omnes, ſupplicium ad paucos debere pervenire. Hinc inventa fuit à Romanis decimatio, quando nimirum decimus quiſque forte deſtinabatur.

12. Etſi monarcha non facile debeat permittere, ſibi controverſias moveri à ſubditis; ſi tamen ſubinde non poſſit iſtud evitari, convocet ſuâ autoritate præcipuos regni proceres, qui controverſiam motam, ſine præjudicio majeſtatis, determinent.

13. Non liceat ſubditis temere litigare: ſi juſta, aut ſaltem probabilis litigandi cauſa eſt, optimum eſt, ut res tota ab arbitris componatur, ad impenſas vitandas. Si illud fieri non poſſit, in judicio publico tranſigenda res eſt.

14. In judicio ſpectatur judex, actor, reus & judiciorum adminiſtri.

15. Judicum varii debent eſſe ordines: ſed in ſingulis ordinibus pauci, iique periti, probi ac cordati, ab affectibus vacui, & autoritate præditi, qua cogere poſſent, ſi quis eorum ſen-

Theſ. 12. Ita in Imperio Romano. Si Imperatori Lis intercedat cum alio, Comes Palatinus Rheni, Judex Cæſaris eſt, & jus habet pronunciandi ſententiam contra ipſum Cæſarem.

T. 16.

ſententiam contemneret.

16. Judex debet judicare ſecundum acta & probata: ſi velit conſcientiam ſequi, contra ea quæ in judicio comparent, debet judicis perſonam de-

Theſ. 16. Quæſtio. *Vtrum Iudex ſecundum conſcientiam ſuam, an vero ſecundum acta & probata judicare debet?*

Reſp. Affirmatur prius.

1. Quia nihil magis alienum à viro bono, quam contra conſcientiam aliquid agere.

2. Quia Judex debet judicare ſecundum veritatem, ergo ſecundum conſcientiam.

3. Quia mendacia nihil probant, ergo Judex non debet judicare ſecundum illa.

4. Quia judici probandum eſt & non adverſario, cui nunquam ſatisfieret.

5. Quia alias abſolveretur nocens, & condemnaretur innocens.

6 Quia Iudicis eſt arbitrari, an res aliqua ſufficienter probata ſit nec ne; ergo ſecundum conſcientiam judicare debet.

7. Quia ocularis inſpectio omnium optima eſt probatio.

8. Quia in dubio caſu opinio ea amplectenda, quæ animarum ſaluti tutior eſt.

Sententia Authoris magis eſt recepta in praxi, quod nimirum Iudex in eo caſu debeat deponere perſonam Iudicis & aſſumere perſonam teſtis. Interim hoc manet certum, eum non debere contra conſcientiam ſuam pronunciare ſententiam.

deponere, & fieri teſtis.

17. Actor eſt, qui accuſat aut petit; reus, qui ſe defendit. Atque hujus cauſa ſemper eſt favorabilior, quam illius.

18. Adminiſtri forenſes ſunt advocati, notarii & ſcribæ. Horum officia & ſalaria certa conſtituenda ſunt; graviterque animadvertendum in eos, qui modum præſcriptum excedunt.

19. Proceſſus judicii non debet trahi in longum tempus. Hæc enim res ſubditis eſt moleſta admodum & noxia.

20. Partes judicii ſunt citatio, comparitio, litis conteſtatio, cauſæ diſceptatio, ſub qua continetur exceptio, replicatio & duplicatio, teſtium aut inſtrumentorum productio, concluſio ſive ſententia, & executio.

21. Judicia vel ſunt civilia vel criminalia. In judiciis criminalibus actor

eſt

eſt procurator Reipub. puta prætor; in civilibus, perſona privata quæ offenſa eſt.

22. Si delicta graviora ſunt, judicia criminalia conſtant deprehenſione, cuſtodiâ, inquiſitione, & pœnâ.

23. Ut facinoroſi capi poſſint, non ſunt temerè conſtituenda aſyla; niſi

Theſ. 23. Ad verba non ſunt temere conſtituenda Aſyla.

Quæſtio 1. *An Aſyla in Rep. conſtituenda vel toleranda ſint?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia Deus ea inſtituit in lege Moſis.

2. Quia cavent reo cædis fortuitæ à vindice, innocentibus à vi Magiſtratuum, obæratis à carcere, ſervis à violentia Dominorum, victis ab ira victorum.

Quæſtio 2. *Quomodo ſint conſtituenda?*

Reſp. 1. Ne ſint nimis multa.

2. Ne pateant manifeſte flagitioſis.

3. Accedat inquiſitio, & nocentibus non proſint privilegia.

4. Puniantur quorum opera evadunt ſontes.

Talia Aſyla habuit Heros incomparabilis Canis Scaliger Veronæ princeps, nimirum tria Palatia aureis litteris inſcripta. Bonæ ſpei pro principibus. Et inter eos Cardinales ſi apud Pontificem in

 offen-

niſi eo fine, ut hic aliquamdiu tuti ſint, qui imprudentes peccaverunt, idque non adverſus magiſtratum, ſed adverſus eos, qui acceptam injuriam vellent forte vindicare.

24. Ad cuſtodiam facit carcer potius, quam ad pœnam, niſi quis per ſententiam judicum ſit ad carcerem damnatus. Ideoque debent captivi decenter curari, ne pœnam ferant ante ſententiam. Sint tamen carceres bene muniti, ne effugere poſſint detenti.

25. Inquiſitio vel verbis fit vel tortura. Inquiſitio per torturam, non facile

offenſam incurriſſent, habebant Aſylum, quod appellabatur Paradiſus.

Theſ. 25. Quæſtio. *An tortura ſit licita?*

Reſp. Affirmatur, ſi ſit moderata, quales torturæ ſunt.

1. Squallor carceris.
2. Inedia.
3. Inſomnium & vigiliæ.

Sed torturæ ne quidem in caſu neceſſitatis adhibendę ſunt, niſi indubitata adſint indicia, & pręfracta negatio.

Tum enim torquentur ſontes ob triplicem cauſam. 1. Pro-

facile adhibenda eſt,ſed tum demum, cum pertinaciores manifeſta delicta nolunt confiteri.

26. Pœna varia eſt, mulcta, confiſcatio omnium bonorum, carcer perpetuus, exilium,damnatio ad opera publica, flagra, mors; Atque ea item varia. Omnium autem maximè probanda eſt, quæ & ignominioſa eſt, & minus acerba.

27. Verum enim verò,quia multi mores externi ſunt, qui legibus politicis

1. Propter ſe ipſos, ut agnoſcant peccatum ſuum, illudque confiteantur, ubi enim non eſt confeſſio, ibi neque remiſſio.

2. Ad ulteriorem ſatisfactionem populi,ne putet aliquem injuſto ſupplicio affici.

3. Ad confirmationem Magiſtratus, & eum liberandum ab omni ſcrupulo conſcientiæ, neque exiſtimandum eſt eâ ratione unum peccatum duplici pœna affici,torquetur enim ob pertinaciam, plectitur capite ob facinus admiſſum.

Theſ. 27. Cenſura eſt animadverſio in mores ac luxus eos, qui legibus non arcentur vel prohibentur. Ejus munus hoc eſt, corrigere illa, quæ nondum digna ſunt pœnâ; neglecta tamen aut inſuper habita multorum magnorumque malorum cauſam præbent,quemadmodum Dio Caſſius l. 52. Hiſtor. loquitur.

Ob-

ticis non poſſunt præſcribi, ideoque non cadunt ſub judicium forenſe; inſtituendum videtur judicium cenſorium. Eſt enim cenſura utiliſſimum repagulum multorum vitiorum, quæ alia ratione non poſſunt coërceri.

28. Cenſuræ debent eſſe obnoxia delicta privata; qualia ſunt luxus in victu

Objectum Reale cenſuræ, ſunt omnia illa, quæ mores, vitam, opes, veſtitum, aliaque privata civium ſpectant, quæ neque legibus expreſſe prohibentur, neque etiam cadunt ſub Judicium Forenſe, de quo vide Th. ſeq.

Theſ 28. Hoc objectum dividitur in mores & in Luxum.

Sub moribus intelliguntur Laſcivia, Libido, Ebrietas, Jurgium, & quicquid denique probitas ac modeſtia condemnat.

Sub Luxu continentur pecunia, domus, convivia & veſtitus.

Objectum Perſonale exprimitur theſi iſthac, & ſunt omnis ætas, omniſque ſexus, pueri, juvenes, viri, ſenes, ſolus excipitur ſummus princeps ſecundum Authorem. Sed Lipſius etiam principis vitam vult exigi ad normam cenſuræ, juxta Plinium in Panegyrico: vita principis cenſura eſt eaque perpetua.

Officium cenſorum exprimitur th. 30.

Medium duplex eſt, Ignominia & mulcta.

Ignominia, ut qui contra honeſtatem ac bonos mores delinquunt ignominia notentur, quod olim

victu & amictu, in conviviis, ac ſupellectile: item lites conjugum, & inobedientia liberorum erga parentes & dominorum erga ſervos; nec non lis & diſcordia civium.

29. Nemo ſit immunis à cenſura, præter principem. Princeps enim, ut admoneri forte poſſit officii, ſi peccet; cenſeri non debet.

30. Munus cenſoris conferatur ab ipſo principe: ad eamque rem adhibeantur viri graves & integri, maximaque autoritate præditi: inter quos civitas ſic ſit diſtributa (ſi major ſit) ut ſingulis cedat certus familiarum numerus obſervandus. Qui autem cenſuram judicabuntur incurriſſe, vel gravi increpatione, vel mulcta etiam, qui pertinaces fuerint, corriguntor.

CAP.

lim apud Romanos ſolenne fuit. Sed quoniam nonnulli omnem pudorem amiſerunt, ut ſola ignominia ad eos corrigendos non ſufficiat, addendæ ſunt,

Mulctæ pecuniariæ, & talem cenſuram qualis olim ſtante Rep. Romana fuit, ut principes ac Magiſtratus in uſum revocent omnibus modis eos ob teſtatur Lipſius.

Cap. XII.

De reditibus Publicis.

PEcunia non belli modo, ſed totius Reip. nervus eſt. Quare non obiter laborandum eſt principi, ut inſtructus ſit ampliſſimis facultatibus, ad faciendos ſumptus, qui neceſſarii ſunt ad regendum, & judicandum; vel etiam ad belligerandum ſi neceſſe ſit: atque adeo, ut nihil publicis aut privatis uſibus ſibi deſit.

2. Atque hoc loco duo potiſſimum ſpectanda: Modus acquirendi pecuniam, & modus diſpenſandi ad uſus convenientes.

3. Pecunia colligitur triplici potiſſimum modo, ex re monetariâ, vectigalibus, & exactionibus ſive tributis.

4. Jus

Theſ. 1. Pecuniam belli nervum eſſe, contra vulgarem opinionem negat Machiavellus, & Carolus V. judicabat, ſi alterutro carendum eſſet, malle ſe carere pecunia, quam bono milite.

Th. 4.

4. Jus cudendæ monetæ recenſetur inter jura majeſtatis. Ergo nemini permitti illud debet, niſi principi. Et ſi quis jus illud uſurpaverit, crimen læſæ majeſtatis commiſiſſe judicandus eſt.

5. Materia monetæ ſumi debet cum certo pondere, ea miſceri, ſignarique debet, prout publicâ principis autoritate conſtitutum erit.

6. Pretium monetæ ſemel conſtitutum, arbitrio ſubditorum non augeatur, aut minuatur; ſed conſtans ſit ac permanens.

7. Lucrum aliquod principi ex re monetaria redire poteſt, ſed modicum. Si enim monetæ pretium multo majus conſtituatur pretio nudæ materiæ, res eſt plena periculo, ne ſub-

Theſ. 4. Inter jura Majeſtatis non minimum locum obtinet jus cudendæ monetæ, unde Majeſtatis tenetur, qui nummos corrumpit, & jure noviſſimo, qui monetam falſam cudit exurendus eſt igne. In Aſia is cenſetur ſummum obtinere Imperium cujus nomine oratur publicè in ſuggeſtis & moneta ſignatur.

Th. 9.

ſubditi aut peregrini monetam imitentur.

8. Adulteratores monetæ graviſſimis ſuppliciis coërceantur. Quin ne peregrina moneta admittatur, niſi cum id neceſſitas poſtulaverit.

9. Vectigal eſt, quod magiſtratus percipit ex mercatura, hoc eſt, ex ven-

Th. 9. Vectigal propriè dicitur pretium, quod pro avectione & invectione mercium debetur.

Objectum vectigalium ſunt omnes omnino res. Excipiuntur tamen.

1. In jure antiquo illa, quæ ſpectant ad victum privatum, unde Suetonius inter inuſitata Caligulæ vectigalia refert, quod pro eduliis quæ totâ urbe vendebantur, certum vectigal exegerit. Et memorabile eſt quod apud Athenæum legitur à Lyſimacho rege Thraciæ, olim in Troade vectigal Salinarium conſtitutum fuiſſe, & natura quaſi fugiente ſtatim exaruiſſe, remiſſo vero vectigali rurſum prodiiſſe.

2. Quæ ad exercitus ſuſtentationem ſpectant.

3. Quæ ad Agriculturam pertinent.

4. Res Academicæ ex ſpeciali privilegio Friderici II Imperatoris.

Prætерea Legati & Perſonæ Eccleſiaſticæ.

Vectigalia non debent eſſe nugatoria, quale illud quod pro aëre & umbra exactum fuit, neque ſordida, quale vectigal urinarium à Veſpaſiano inventum.

Th. 11.

venditione rerum quæ venduntur, quæque invehuntur, aut exportantur.

10. In vectigalibus imponendis magiſtratus debet eſſe æquus, ne mercatura impediatur, aut aliò transferatur.

11. Conſtituantur telonii ſive publicani, qui ſuo periculo annua aut ſemeſtria vectigalia certâ pecuniæ ſummâ redimant: idque certâ lege, qua decernatur, quid pro ſingulis rebus ſit perſolvendum: additâ etiam pœnâ in eos, qui publicanos defraudaverint.

12. Tributum eſt, quod ſubditi pen-

Theſ. 11. In Imperio Turcico Iudæi fere omnia telonia poſſident, quemadmodum etiam in Polonia.

Theſ. 12. Tributa ſunt onus fructuum & conferuntur ob poſſeſſiones privati ſoli, & bonorum immobilium, qui ergo nihil poſſidet non poteſt tributum perſolvere, & tamen vectigalis eſſe poteſt. Iniqua ergo illa tribu a videntur, quæ pro capitibus ſive in ſingula capita exiguntur nullo habito reſpectu dives quis an pauper. Cujus capitationis origo refertur ad Tarquininium Superbum,

pendent ex poſſeſſionibus ſuis; Latine collatio.

13. Et hic ſervandus eſt modus, ne aut ſubditi exhauriantur, aut princeps adducatur in odium. Modus tamen eſſe debet aut major aut minor, pro modo neceſſitatis.

14. Utile eſt autem, ut collatio fiat ex iis rebus, quæ minus poſſunt nocere pauperibus, hoc eſt, non ex rebus ad victum, ſed ad voluptatem, delicias, ſplendorem &c. pertinentibus.

15. Præterea collatio vel ex rebus immobilibus fit, puta ex prædiis, agris, &c. vel ex mobilibus.

16. Ut autem tributum rebus immobilibus reſpondeat, debet princeps curare, ut omnium ſubditorum bona immobilia referantur in catalogos, ut cenſum, qui & quantitati & qualitati reſpondeat, ſingulis imperet. 17. Huc

bum, ultimum Romanorum Regem, qui pro capite cujuſque decem denarios exegit, eaque tributi ſpecies hodie Turcis familiaris eſt.

17. Huc pertinent decimæ, quæ capiuntur ex frumento: Item quod capitur ex venditione rerum immobilium, & ex iis, qui in fundo Reip. ædificant, &c.

18. Tres ſpecies præcipuæ conſtituantur exactionis, Jugatio, Capitatio, & Hoſpitatio.

19. Jugatio eſt quæ pro magnitudine, numero, & qualitate agrorum impoſita eſt. Dicitur à jugero.

20. Capitatio eſt quæ in ſingularum perſonarum capita, non ſpectato facultatum modo conſtituitur.

21. Hoſpitatio eſt, cum ſubditi coguntur militibus, aulicisve hominibus, præbere hoſpitium.

22. Hi ſunt quidem præcipui modi acquirendi reditus: huc revocari

Theſ. 18. & ſeqq. De his oneribus Reip. notetur Regula Taciti: Nulla quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt.

Præterea neceſſitas Reip. tributa etiam iniqua excuſat, quoniam ſalus populi ſuprema Lex eſt.

Th. 23.

cari poſſunt alii modi ſecundarii, cum principis facultates augentur dote, hæreditate, donatione, alluvione, &c.

23. Collectos reditus princeps diligenter curet colligi, ac conſervari, & prudenter diſpenſari, idque per perſonas fideles, quæ omnium rationem quotannis reddere teneantur. Nihil enim nocentius eſt, quam redituum curam adminiſtris nimis ſecurè credere.

14. Omnes hi reditus ſervire debent principi, tum ad ſolvenda ſtipendia militum, & officiariorum, tum ad privatos uſus. Quanquam videtur minus invidioſum, ſi reditus ad

Theſ. 23. Nullum validius medium eſt ad conciliandam ſubditorum benevolentiam, quam ſi remittantur tributa, unde Perſæ Cyrum appellarunt Patrem, Cambyſem Dominum, & Darium Quæſtorem, quod is primus inveniſſet ordinaria tributa, ac cum ſub Cambyſe Magi conarentur invadere Imperium, omnia tributa in triennium remiſerunt, & ipſa liberalitas quod nimia eſſet, ſuſpecta fuit.

Th. 2.

ad privatos uſus, diſtinguantur ab iis, qui impenduntur Reipublicæ.

CAP. XIII.

De defendendâ, augendâ, & exornandâ Repub.

HOrum redituum auxilio debet Princeps ſtudere. Primo quidem, ut defendat ac tueatur Remp. deinde etiam ut augeat exornetque.

2. Debet autem princeps defendere Remp. contra omnia mala, quæ quidem humanâ induſtriâ evitari poſſunt. Nam quæ humanâ circumſpectione majora ſunt, Deo & naturæ

Theſ. 2. Contra hanc Regulam peccarunt Caligula & Nero, qui optarunt, ut ipſorum imperium inſigniretur magnâ aliquâ & notabili calamitate. Nam Caligulæ vox fuit: me mortuo terra miſceatur igni, & utinam populus Romanus unam cervicem haberet, &c. tales calamitates acciderunt ſub Tiberio, Collapſis Terræmotu quatuordecim Aſiæ civitatibus, & ſub Henrico III. Rege Angliæ tanta fuit ſterilitas & cœli inclementia, ut quaſi conjuraſſe naturam diceres contra illud Tempus.

Th. 4.

ræ permittenda ſunt: ut, nimii imbres, fulmina, impetuoſi venti, grandines, ſiccitates, terræ motus & id genus alia.

3. Res, quæ humana circumſpectione, aliquatenus ſaltem, vitari poſſunt, ſunt admodum variæ. Primo loco occurrit inundatio maris, aut fluminum, & incendium.

4. Inundatio aggeribus aliiſque mu-

Theſ. 4. Ad verba, incendium vel præcavendum vel reſtinguendum.

Nihil Remp. aliquam facilius deſtruere poteſt, quam incendium, non tantum propter jacturam ædificiorum, quæ reparari poſſunt humanâ induſtriâ, ſed maxime propter abolitionem omnium documentorum publicorum. Pereunt enim Archiva Reip. & privatorum conſumuntur tabulæ conjugii, pactorum veterum, quibus amiſſis, omnia confundi neceſſe eſt. Ergo Magiſtratus præcipue quantum fieri poteſt præcavere debet incendium; Medium unum certiſſimum eſt, quod exprimitur Theſ. 6. ut nimirum certi homines, maxime fabri lignarii & alii aſſueti conſcendere tecta reſtinguendo incendio conſtituantur, ad confuſionem evitandam. Deinde ut aquæ artificiales comparentur; quibus incendium quantumvis grave poſſit reſtingui, & ob hanc curam laudantur Reſp. Noribergenſis, Amſtelodamenſis.

Th. 5.

munimentis coërceri debet. Incendium vel præcavendum, vel reſtinguendum.

5. Quo caveatur facilius, ædificia in urbibus ne contegantur ſtramine, ſed tegulis: ſint etiam vigiles nocturni, qui conclament ad incendium, ſi quod forte conſpiciatur.

6. Ad incendium reſtinguendum ſit certus ſcalarum & urceorum apparatus. Deinde bajuli, nautæ, & id genus alii homines, qui publica autoritate conſtituti, tenentor ad incendium reſtinguendum primi admovere manus.

7. Incendiarii etiam acerbâ pœnâ puniuntor.

8. Se-

Theſ. 5. Ad verba, Ædificia in urbibus ne contegantur ſtramine.

Quia quod cito fit, cito quoque perit. In Moſcoviâ & Turciâ nihil æſtimantur incendia, quia omnes domus ſunt ex ligno & ſtramine, ac deſtitutæ ſupellectile pretioſâ. Frequenter una nocte abſumuntur aliquot millia ædificiorum, quæ iterum erecta videbis intra paucos dies; In Germaniâ, maxime vero Bavaria omnes fere domus duplicem habent concamerationem ex lapide, ut

 nihil

8. Secunda eſt defenſio adverſus famem, de qua ſupra egimus. Tertia adverſus noxias feras, urſos, lupos, apros, & id genus alias. Huc facit venatio, quam aliquoties indicere ruſticis princeps debet.

9. Præcipua defenſio ſuſcipienda eſt adverſus homines, veluti adverſus homines ſeditioſos, prædones, piratas, latrones, ſicarios, & id genus alios, quos omnes à ſuis finibus arceat quam diligentiſſimè: homines deligat armatos, qui eos inveſtigent. Imprimis autem defenſio meditanda eſt adverſus hoſtes.

10. Ad quam rem neceſſe eſt ut in

nihil poſſit incendio niſi tectum perire.

Theſ. 7. Ad verba, incendiarii etiam acerbâ pœnâ puniuntor.

Pœna eſt ut vivi conjiciantur in ignem, ſecundum Regulam, per quod quis peccat, per id quoque punietur.

Theſ. 8. Quod cum neglexiſſet Nero, ac pro frumento navibus apportari juſſiſſet arenam, Romani populi graviſſimum odium incurrit, ac ab omnibus deſertus fuit.

Theſ. 10. An muniri debeant urbes ac arces ſupra

in Reip. finibus ſint munitæ urbes & arces; & inprimis ſint muniti portus. Quod non ſolum neceſſarium eſt, ad arcendos hoſtes, ſed etiam ne quis au-

ſupra Cap. 10. Th. 10. dictum.

Debent vero munitiones illæ procul eſſe à ſede principis & longius remotæ à Provinciis, ut nimirum dum hoſtis oppugnationem illarum molitur, reliqua ad opem ferendam poſſint eſſe parata, & talis eſt ſitus Inſulæ Malthæ verſus Siciliam. Inſulæ Corcyræ ſive Corfu verſus Venetias, idque eo magis prodeſt, ſi munitiones in ipſo hoſtili loco excitentur, quemadmodum Rex Hiſpaniæ in Africâ habet Oran, Melilam, Penundie, Veles, Tanger, Ceuta & Arſillam. Hæc ad terram continentem ſpectant; quod ſi vero inſula ſit, tunc omnes portus debent muniri, & nullus indefenſus relinqui, quod enim in civitatibus ſunt portæ, in privata domo januæ, hoc in inſula ſunt portus, quemadmodum autem ſtultum eſſet portas januaſque apertas relinquere; ita etiam portus. Utilitas exprimitur ab Autore, ne quis aufugere poſſit, aut exportare res illicitas. Ita in Anglia quam primùm quis flagitium aliquod contra Remp. commiſit, clauduntur omnes per univerſam Inſulam portus ne poſſit elabi; Sed major neceſſitas eſt ad arcendam invaſionem hoſtilem, unde per littora debent juſto intervallo diſponi arbores, in quarum apice faces conſtitutæ ſignum dant imminere periculum, & omnes in armis paratos eſſe debere, quod ipſum quoque in Anglia obtinet, quemadmodum eleganter deſcribit Barclajus 1. lib. Argenidis.

aufugere poſſit ex Repub. aut exportare, quæ non debent exportari. Quin etiam utile eſſe videtur, ut in urbibus limitaneis aut portubus habeat militem præſidiarium.

11. Ad hæc det princeps operam, ut ſarta tecta conſervetur ſubditorum exiſtimatio, æque ac facultates. Quare prohibeat libellos famoſos, & ſatyras in perſonas; item ſtelliones, iniquos fœneratores, ſortiarios, &c. qui populum argento emungunt.

12. Non permittat cuiquam artem

Theſ. 10. Ad verba, habeat militem præſidiarium.

His omnibus debet addi miles præſidiarius exemplo Romanorum, qui ad limites defendendos ſub Auguſto Cæſare ad 44. legiones, quæ efficiunt ducenta viginti millia peditum, non computato equitatu, habuerunt, ac duas inſuper claſſes, unam Ravennæ ad defendendum Orientem, alteram Miſeni ad defendendum Occidentem.

Theſ. 11. Nullus locus famoſior eſt famoſis libellis, quam Roma, ubi extat ſtatua quædam antiquiſſima. quam vocant Paſquino ſive Paſquillum, cui quotidie affiguntur famoſi libelli nemine prohibente, quod licentia illa nullis caſtigari queat legibus.

Th. 13.

tem exercere Alchymiſticam: coërceat decoctores, hoc eſt, qui foro cedunt ſua culpa, nec infortunio quodam bonis ſunt exuti.

13. Non debent admitti in Rep. Daniſtæ, quos Lombardos vocant; ſed ipſe magiſtratus egenis pecuniam mutuo det in modicam uſuram, ſi deponatur pignus.

14. De

Theſ. 13. Ad verba, non permittat cuiquam artem exercere Alchymiſticam.

Ars Alchymiſtica hoc loco intelligitur, quæ metallorum transmutandorum rationem tradit, quâ nimirum arte omnia metalla imperfectiora poſſunt tranſmutari in aurum vel argentum. Hæc ars antiquiſſimis temporibus cognita fuit Ægyptiis, quorum libros omnes combuſſiſſe dicitur Diocletianus, ne nimirum tanto inſtructi artificio aliquando contra Romanos rebellarent. Poſtea pervenit ad Arabes. Hinc ad Europaos. & extant indubitata exempla illorum, qui eam ſincere & ſine fuco exercuerunt. hodie in primis floret in Germania, ſed adeo degeneravit propter imperitorum quorundam nebulonum multitudinem, ut Alchymiſta non majori in pretio ſit, quam deceptor & mendicus ac decoctor. Unde Author ſuadet ne permittatur cuiquam artem exercere Alchymiſticam, nimirum privatim ſine conſenſu ac notitia principis. Nam utcumque non proveniat ex illa arte ſperatum aurum, tamen pretioſiſ-

14. De amplificanda Repub. non debet princeps nimis eſſe ſollicitus: nam injuſtum eſt & periculoſum aliorum ditiones invadere. Si quis tamen juſto bello laceſſitus eſt, ei licet non ſolum tueri ſuos fines, ſed etiam invadere alienos.

15. Exornatio Reip. quia neque injuſta eſt, neque periculoſa, diligentius curanda. Ornamentum conſiſtit in ſplendore & utilitate publicorum operum, è quibus utilitas aliqua redit ad privatos cives.

CAP.

ſima medicamenta, aliaque naturæ arcana ejus ope confici poſſunt.

Theſ. 13. Longobardi, contractè, Lombardi olim exercuerunt Trapeziticam, id eſt, pecuniam egentibus accepto pignore & enormi fœnore mutuo dederunt. Inde qui ipſorum imitantur exemplum, hodieque appellantur Lombardi, & ideo prohibentur, quia exhauriunt Remp. ac egentiores ad ſummam pauperiem deducunt. Eſt quidem licitum accipere uſuram, ſed ea debet eſſe modica.

T. 3.

CAP. XII.

De Aulâ Principis.

PRinceps præcipuè quidem curare debet Remp. ſed tamen ſui privati curam non debet penitus abjicere, neque aulæ ſuæ.

2. Cura privata ſive aulica principis vel Perſonarum eſt, vel rerum. Inter Perſonas, ſicut ipſe caput eſt, ita quoque ſui curam primo, ac præcipuè gerere debet.

3. Ad ſui corporis ſecuritatem adſciſcat ſibi ſatellites, & quidem ex eâ gente

Theſ. 3. Quæſtio 1. *An princeps debeat habere cuſtodes corporis?*

Cauſa dubitandi, quia hoc videtur involvere diffidentiam. Princeps enim vel amatur, vel metuitur: ſi amatur, Satellitium eſt ſuperfluum: ſi metuitur, inſufficiens.

Reſp. Princeps habet Satellitium non contra ſuos ſubditos, ſed contra homines maleficos ac Sicarios, qui poſſunt ab externo hoſte conduci ad inſidias principi ſtruendas.

Securitas Everhardi Ducis Wirtembergenſis, qui gloriabatur, quod tutus in gremio cujuſvis

 ſubdi-

gente cui imperat, ne ſuis ſubditis videatur diffidere.

4. Habeat etiam fideles coquos, carptores, & prægustatores.

5. Se-

ſubditorum ſuorum dormire poſſit, laudanda potius quam imitanda.

Quæſtio 2. *Quales in ſatellitium ſint legendi, indigenæ an exteri?*

Reſp. Pro indigenis militat ipſa ratio, præſupponuntur enim fideliſſimi erga principem ſuum. Unde inter Tyrannides habetur externum ſatellitium, quod Buchananus libro 8. Hiſtoriæ Scotiæ confirmat. Cum enim dixiſſet Reginam Mariam repudiatis Scotis cuſtodiam ſui corporis commiſiſſe Italis, ſubjungit, hæc via eſt certa ad Tyrannidem, ſi princeps peregrino ſatellitio ſe muniat. Conſentit author in Theſi. Sed hæc ratio non eſt univerſalis, & datur tantum de populis ſeptentrionalibus originis Germanicæ, & Hiſpanis. Negatur de populis Auſtralibus. Septentrionales enim laudantur à conſtantiâ & fide. Auſtrales perfidi ſunt atque leves. Unde Bodinus annotat Auſtrales nationes ab omni ævo adhibuiſſe Scythicas nationes ad cuſtodiam ſui corporis. Romani quoque Imperatores ad eam rem Germanis uſi ſunt. Reges Galliæ utuntur Scotis atque Helvetiis.

5. Secunda cura ſit de conjuge; quam ſic regat, ut eam non ſinat eſſe nimis ſumtuoſam : amoveat à Gynęceo exempla & irritamenta impudicitiæ, atque inſolentiæ. Denique ſecretiora conſilia uxori non facile credat, neque partem aliquam regiminis ei permittat.

6. Tertia cura eſt de prole, quam curet lactari aut à matre, aut ab illuſtri fœmina, eâque ſpectatæ virtutis.

7. Prolem maſculam curet educari

Theſ. 5. Ad verba, ſecretiora conſilia uxori non facile credat &c.

Cauſa duplex eſt. Fœminarum Garrulitas, atque impotentia animi. De poſteriori exemplum habemus in Agrippinâ Matre Neronis, quæ ſimul conſcendere Tribunal cum filio, ac præſidere conabatur, niſi Nero ſuaſu Senecæ illi dedecori ſpecie honoris obviam iviſſet. Sed excipitur hic caſus, quando nimirum uxor totalem principatum ad Maritum adfert, tunc enim ipſa potiores partes in principatu obtinet; Exemplum habemus in Iſabellâ Regina Caſtiliæ., & Ferdinando Rege Arragoniæ. In Hedwige Reginâ Poloniæ, & Jagellone Magno Duce Lithuaniæ. In Mariâ Reginâ Angliæ, & Philippo II. Rege Hiſpaniæ.

cari ab ejuſmodi morum magiſtris & præceptoribus, qui illius mentem generoſa virtute repleant.

8. In affinitatibus contrahendis eligat princeps ejuſmodi generos, qui Reip. ſint profuturi.

9. Fratribus non ſolum præbeat ſumtus, ad honeſtam & ſua familia dignam ſuſtentationem: ſed etiam præfecturas committat, aliaſve dignitates, ſi eorum fidem expertus ſit. Sorores honeſtè elocet addita etiam dote, ſed quæ tamen non obſit Reipublicæ.

10. Poſt conſanguineos, ſequuntur officiarii: quorum numerum princeps non augeat in immenſum: ſed ha-

Theſ. 8. Miſera videtur eâ in re principum conditio, qui non ex affectu ſuo, ſed pro conditione Reip. etiam contra ſuam voluntatem nubere coguntur illis, quos non amant. Unde non eandem habet libertatem contrahendi conjugium, qualem habent privati. De quo jam ſupra dictum.

Theſ. 9. Videantur quæ dicta ſupra ſunt cap. 5. th. 5.

T. 11.

habeat aulam, quantum poteſt fieri per dignitatem, contractiſſimam.

11. Primaria aulæ ſuæ officia indigenis potius tribuat princeps, quam exteris. Primarii officiarii ſunt, Præfectus aulæ, ſive Palatinus, Mareſchallus, Præfectus ſtabuli, Cubicularii, Burggravius, ſive is qui regit inferiores aulæ miniſtros, Præfectus commeatus, Gallice, *Maiſtre d'hoſtel.*

12. Minus præcipui ſunt, miniſtri cubi-

Theſ. 11. De vita Aulicorum notandi ſunt hi verſus:

Paucos beavit aula, plures perdidit,
Sed hos & ipſos, quos beavit perdidit.

Sunt autem Aulici omnium mortalium miſerrimi homines,

1. Propter innumeras moleſtias.

Interrogatus veteranus quidam Aulicus, quomodo rariſſimam rem in Aula conſecutus eſſet, nimirum ſenectutem? Injurias, inquit, ferendo, & gratias agendo.

2. Propter ingentia pericula, quibus plerumque pro gratia odium, pro beneficio maleficium rependitur.

3. Propter turpem in qua degunt ſervitutem; ſecundum illud: Aula ſervos vel facit, vel accipit.

Theſ. 11. Ad verba, primaria aulæ ſuæ officia indigenis potius tribuat princeps, quam exteris.

De hoc ſupra dictum ad Caput 7. th. 7.

cubicularii, carptor, coquus, cellarius, &c.

13. Atque hos omnes princeps vel delectu, vel prudenti regimine efficiet, ut probi ſint, atque integri: quia plerique ex aulicorum moribus judicant de principe: tum etiam quia mores aulicorum facile ſerpunt in vulgus.

14. In victu, veſtitu, ſtipendiiſve præbendis, princeps neque nimis parcus eſſe debet, neque nimis effuſus.

15. Res, quas princeps curare debet, vel eſt palatium, vel ſupellex. Atque hæc omnia ſint ſplendida & nitida.

Theſ. 13. Rariſſimum eſt ut quis in Aula probus ſit, ſecundum illud, exeat aulâ, qui volet eſſe pius.

CAP. XV.

De Peregrinis, deque Legatis & Fœderibus.

PEregrini duplici ratione conſiderandi ſunt, nempe vel quatenus ſunt in regno, ibique vel peregrinantur, vel habitant, vel quatenus ſunt extra regnum.

2. Quod ad peregrinos attinet, conſtituendi ſunt præfecti in limitibus præſertim, atque in ipsâ regiâ, aliiſque locis munitioribus, qui peregrinos adventantes obſervent.

3. Tum etiam curandum eſt, ut peregrinantibus itinera ſint tuta, & hoſpitia commoda, neque permittendum ut ab incolis peregrini exhauriantur.

4. Errones illos quos Nubianos, & Cy-

Theſ. 4. Cygari ſive Cyngari, Germanis Zygeuner, Belgis Heyden, ſunt colluvies erronum, præſtigiis atque furtis ſeſe alens. De origine eorum nihil certi hactenus inveſtigari potuit: ipſi ſe Ægyptios eſſe dicunt, & ſibi ex patria propter quaſ-

& Cygaros vocant, vel tanquam exploratores, vel tanſtelliones arceant.

5. Prin-

quaſdam cauſas neceſſario migrandum eſſe. Primum conſpecti fuerunt in Germaniâ, tempore Sigiſmundi Imperatoris, cujus etiam hodieque oſtendunt privilegium. Anno 1417. Primum pervenerunt ad Mare Balthicum, atque ab eo tempore per univerſam Europam magnis agminibus vagari cœperunt. Peculiari inter ſe utuntur lingua, quam ipſi confinxerunt, ne quod loquuntur poſſit intelligi. Profitentur ſe eſſe Chriſtianos, & Baptiſmo utuntur, ſed clam abominabiles ſuperſtitiones exercent. Non poſſunt diu in uno loco permanere, & fama eſt vermes naſci, ac incredibilem fœtorem oriri in locis ubi degunt. Recipiunt paſſim in ſocietatem ſuam viros fœminaſque; ſunt etiam plagiarii & incendiarii, præcipuè jactant artem Chiromanticam, ac inſpectis manuum lineamentis futura ſeſe prædicere poſſe ſciſcitantibus. Quod igitur originem eorum ſpectat, maxime probabilis illa opinio eſt, eos ex Tartaria, Comania, Albania, Circaſſia, & vicinis regionibus primum exortos, ſive ſponte ſedibus ſuis migrarint, ſive paulatim à Tartaris expulſi ſeſe in occidentem receperint, idque probatur his rationibus.

1. Ex nomine quo appellantur. Nam cum primum advenirent in Germaniam, vocati fuerunt Tartari, proculdubio quod ex Tartariâ eſſent. Deinde Cygæ ſive Cyngæ ſunt natio Scythica, ſive Tartarica, unde deductum Cyngarorum nomen.

2. A moribus, habitu corporis & vivendi ratione, ſunt enim facie ſubfuſca, toto corporis colore

5. Principes ipſos, ſi forte regnum ingrediantur, advenientes ipſe princeps excipiat, & diſcedentes honorificè deducat. Alios, qui inferiori loco ſunt, quam eſt ipſe, per aulicos excipiendos aut deducendos curabit.

6 Si qui ſint ex peregrinis, qui domicilium in Repub. figere velint, id

lore bucceo, perpetuo in tentoriis degunt, & ab uno in alium locum magno numero, velut horda, aliqua Tartariæ migrant.

Ex his jam patet eos non eſſe tolerandos in Republica: ſic Ferdinandus Rex Hiſpaniæ eos intra ſexaginta dies tota Hiſpania excedere juſſit, & paſſim à principibus proſcripti fuerunt.

Theſ. 6. Quæſtio. *An peregrini ſint in civitatem recipiendi?*

Negabant antiqui Spartani, & hodieque obſervant Chinenſes.

Reſp. Secundùm diſtinctiones Authoris.

1. Inter peregrinos qui ſunt viri boni, & qui non ſunt.

2. Inter peregrinos exules ob juſtam cauſam, & injuſtam: qui injuſtè exulant, illi omnibus modis ſunt recipiendi in civitatem, atque etiam defendendi, contra vim & oppreſſionem.

Ita Thebani receperunt exules Athenienſes, Arcades & Argivi Meſſenios, eoſque etiam armis tutati ſunt. Flagitioſiſſimum eſt tales exules dedere hoſtibus vel male tractare, quod ſcelus admiſit

id princeps ne impediat, ſi viri boni ſint, aut ſaltem, ſi ſua culpa patria non carent: ſin juſtas ob cauſas exilio multati ſunt, non ferat.

7. Peregrinis tamen civitatis jus non facile eſt dandum, ſed tum demum, cum manifeſta Reip. utilitas illud requirit. Alioqui res per ſe non caret periculo.

8. Et ne peregrini aliquid moliantur contra Remp. certis legibus coërceantur.

9. Honores, magiſtratus, nobilitatis inſignia non facile tribuantur peregrinis, etiamſi domi ſuæ ſint nobiles. Multo minus permittendum iis, ut juriſdictionem privatam exerceant.

10. Judæi in Repub. non ſunt reci-

miſit Philippus Archidux Auſtriæ, cum profugum Suffolciæ Ducem traderet Henrico VII. Regi Angliæ Pari flagitio male tractatus ab Italis, tandemque etiam veneno ſublatus fuit Zizymus Bajazethis Turcarum Imperatoris frater. Obſervandæ etiam diſtinctiones in Th. 7. 8. & 9.

Th. 10.

recipiendi, niſi certis conditionibus. Primò, ut ſe receptis civitatis legibus, ut alii cives, ſubjiciant, tranquilleque ac ſine ſcandalo vivant. 2 Ne matrimonia cum Chriſtianis contrahant. 3. Ne Chriſtianos ad ſuam religionem pertrahere ſtudeant. 4. Immodicas uſuras ne exerceant. 5. Chriſtum Chriſtianoſve maledictis ne proſcindant. 6 Ne Judæum ad Chriſtum tranſire volentem, vexando impediant, &c. 11.

Theſ. 10. Quæſtio 1. *An Iudæi in Rep. ſint tolerandi?*

Reſp. Affirmatur.

1. Quia ſunt homines.
2. Quia olim fuerunt populus Dei.
3. Quia ſpes eſt eos ad fidem Chriſtianam converſum iri.

Quæſtio 2. *Quomodo ſint tolerandi?*

Reſp. Secundum conditiones Th. 10. expreſſas.

Obſervandum Judæos non frui jure gentium, neque civili particulari, primum patet quia non fruuntur jure pacis & Belli, non habent proprium Magiſtratum & propriam Rempub. non poſſunt fœdera inire, & non licet illis arma gerere, neque militare, tolerandi ergo ſunt in civitate, non ut cives, ſed ut leproſi.

11. Sequuntur Peregrini extra regnum, cum quibus princeps tractatus & fœdera pangere ſolet.

12. In quibus omnibus princeps hunc debet habere ſcopum, ut pacem obtineat, beneque illi cum vicinis principibus conveniat; Et gentis ſuæ honorem apud exteros diligenter tueatur.

13. Id vero vel per litteras efficiet, vel per miniſtros delegatos. Quod autem per epiſtolas commodè, tutò, & honorificè fieri poteſt, ad eam rem delegati non adhibendi videntur.

14. Cui rei habeat Princeps certas literarum formulas, & unicuique principi debitos titulos: fideles actuarios, & tabellarios. Utatur etiam occultis epiſtolarum notis.

15. Miniſtri delegati, vel ſunt agentes vel legati: iique vel perpetui, vel

Theſ. 15. Legatus eſt publica perſona, negotio conficiendo ad exteros miſſa ab eo qui poteſtatem

vel temporarii. Inter agentes & legatos nihil aliud intereſt, quam quod hi ſolenniores ſint.

16. Agentes alii manifeſti ſunt, alii

tem legandi habet, alio nomine vocantur Oratores. Suntque vel Feciales, qui Belli vel duelli indicendi ergo mittuntur à ſummo Magiſtratu, & Germanico nomine vocantur Heraldi.

Theſ. 15. Ad verba vel agentes vel legati.

Diſcrimen inter agentes ac legatos exprimitur Th 15 Utrique vel perpetui qui vocantur reſidentes, & ordinarii vel temporarii qui vocantur extraordinarii.

Theſ. 16. Ordinarii legati, Reſidentes, atque Agentes parum differunt ab exploratoribus. Ius legatorum maxime eſt juris gentium, & in eo conſiſtit, quod legati ſunt inviolabiles, adeoque tutam veniendi, manendi, & recedendi poteſtatem habeant. Unde qui legatum principis violat, crimen læſæ Majeſtatis committit.

Quæſtio. *An legatum adverſus principem vel Remp. delinquentem, jure gentium liceat punire?*

Exempli gratia, cum Mendoza legatus Hiſpanus conſpiraſſet contra vitam Reginæ Elizabethæ, quæſitum fuit quid cum eo agendum?

Reſp. De jure naturæ poteſt ac debet puniri. De jure gentium poſſet quidem, quia nimirum violavit jus gentium, ſed plerumque in praxi prævalet jus legationis.

Ita Mendoza & Legati Tarquinii Regis Romano-

alii occulti. Atque his in eum finem utitur, ut, quæ in aliis regnis gerantur, cognoſcere poſſit.

17. In legatis mittendis, ineundus eſt accuratiſſimus delectus: eligantur tales,

manorum, cum juventutem Romanam ad prodendum urbem induxiſſent, fuerunt dimiſſi. Ita inquit Livius: Quanquam deliquiſſe viderentur, ne pœnas darent, tamen jus gentium prævaluit. Alii dicunt tum conſulendum prius eſſe principem illius legati, in tanto facinore deprehenſi.

Securitas veniendi includit in legato etiam ſecuritatem recedendi. Hinc malè Leo X. Bajonium legatum ſalvo conductu liberè accedendi ad ſe pellectum, recedendi libertatem negans, deluſit, datam inquiens accedendi non recedendi poteſtatem.

Theſ. 17. Hinc Perſis tanta cura fuit legatorum, ut à teneris diligentiſſimè eos informarent omnibus præceptis aulicis & Politicis.

Theſ. 17. Ad verba, honori.

Debent ſi fieri poteſt eligi viri Nobiles, honeſti, docti, prudentes, artium ſordidarum expertes. Hinc non injuriâ irriſus fuit Ludovicus XI. Rex Galliæ, qui Olivarium tonſorem ſplendidiſſimæ Legationi ad Carolum Burgundiæ Ducem præfecit. Nam indignitas legati, non ſolum mittentis perſonæ dehoneſtamento eſt, verum etiam ei, ad quem mittitur. Hinc frequenter legimus legatos indignos ſine audientia fuiſſe remiſſos, & parum abfuit quin Gandavenſes Olivarium tonſorem in canalem præcipitaſſent.

Th. 18.

tales, qui Reipub. emolumento, & honori eſſe poſſint. Ad quam rem requiritur Prudentia, eloquentia, gratia, linguarum peritia, &c.

18. Legatus ſit inſtructus literis fidei.

Theſ. 18. Quæſtio 1. *An liceat legato fines ſui mandati excedere, ſive an legatus poſſit extra præſcriptum agere?*

Reſp. Negatur, niſi implicitam à principe ſuo acceperit libertatem. Hinc illa vox legatorum, ſe de hac vel illa re non habere inſtructionem. Unde Morvillerius legatus Ludovici XI. ad Philippum Burgundiæ Ducem, cum extra præſcriptum ſuum locutus fuiſſet, calamitoſiſſimo Bello occaſionem dedit, de quo videatur Cominæus lib. 1. comment.

Quæſtio 2. *An legatis liceat accipere munera?*

Reſp. Diſtinguendum inter munera publica & privata, inter Ordinaria & Extraordinaria.

De prioribus datur, de poſterioribus negatur. Unde hoc factum Reip. Venetæ improbatur, qui Hermolaum Barbarum, quod munera hoſpitalia accepiſſet à Pontifice Romano, exilio mulctarunt. Fœmina non poteſt mitti in legatione, quod argumento eſt, neque Remp. ab illis legitimè & ſecundum naturam adminiſtrari poſſe vel debere.

Th. 22.

fidei. Habeat etiam certum agendi modum ſibi præſcriptum. Neque ei liceat mandati fines tranſilire, niſi in ſumma & celerrima neceſſitate. Inter cætera habeat hoc in mandatis, ne dona accipiat ab illo principe ad quem mittendus eſt, niſi manifeſta, atque adeo talia, quæ honoris cauſa dantur publicè.

19. Non ſolum mittendi ſunt legati, ſed etiam admittendi, ſi qui ab aliis principibus mittuntur.

20. Legatorum litteras fidei princeps ſtatim ſibi tradi poſtulet. Quibus lectis honorem ei convenientem habeat. Ejus perſonam ſanctam atque inviolabilem eſſe velit. Si quid tamen contra Rempub. machinatus fuerit, coërcendus eſt.

21. Legatos princeps ipſe audiat, idque vel per ſe, vel per fideles interpretes.

22. Tractatus ſive fœdera cum vicinis

Theſ. 22. Fœdus Rerumpublicarum eſt obligatio,

cinis ineunda, alia aliis arctiora ſunt: quædam enim vicinitatem tantum ſpe-

gatio, ſeu pactum ſolenne, de quapiam re mutuo præſtandâ.

Eſtque aliud

vel
- Æquum, quod nihil prærogativæ huic vel illi affert, & in quo jura Majeſtatis utrimque ſalva ſunt.
- Non Æquum, quod penſionibus, vel tributis, vel obſidibus, vel Majeſtatis obſervantia, vel ſpecie clientelæ, vel legati honoris vel officii ergo perpetui præſentiâ, aliiſque oneribus aliam partem gravat.

Aliud.

Neutrum, quod ab illis initur, qui inter medios poſiti hoſtes ſecuritatem utrimque paciſcuntur.

Fœdera alia ſunt
- Offenſiva, quæ ad offendendum alios, inter partes contrahuntur.
- Defenſiva, quæ pro mutua defenſione.
- Dantur etiam fœdera commerciorum, qualia ſunt inter Turcas, & Batavos, & Sinenſos. Fœdera vero commerciorum & defenſionis ſunt inter urbes Hanſeaticas.
- Perpetua, quæ nullo certo tempore definiuntur, ſed extinctâ alterutrâ Rep. collabuntur.
- Temporaria, in quibus certum tempus, quamdiu durare debeant, denominatur, & elapſo tempore diſſolvuntur: utraque autem & perpetua & temporaria perfidiâ & aliis modis illegitimis violari poſſunt.

Et

ſpectant, quædam amicitiam, fidem & mutua auxilia.

23. Quo

Et tunc valet illud:
Frangenti fidem, fides frangatur eidem.
Quod ſi vel una conditio fœderis violetur, tunc altera pars jurisjurandi religione ſoluta eſt, ac nullo fœderis capite tenetur.
Fraterna & Hæreditaria, quæ non tantum arctiſſimam amicitiam, verum etiam in ſpem certæ ſucceſſionis hæreditariæ ſuſcepta ſunt, de quibus dictum c. v. Th. 12.

Omnium fœderum fundamentum, anima ac vita eſt fides, quam nulla vel publicæ, vel privatæ utilitatis ratio in fœderibus violare debet, quæ etiam hoſtibus infidelibus Hæreticis ſervanda eſt.

Hinc à fœderibus exulare debet omnis verborum obſcuritas, vel etiam ambiguitas, nihil in litteris, ſyllabis, verbis, ſenſu dubium aut ſubdolum: male igitur Carol. V. cavillatus fuit vocabulum einig ewig. Quod cum Mauritius Elector Saxoniæ, & Philippus Landgravius Haſſiæ legiſſent, ac intellexiſſent einig, & ſenſus eſſet, Philippum non debere conjici in ullum carcerem, Carolus V. legit eum non debere conjici in æternum carcerem in ewige gefangnus Unde Mauritius ei maſculè reſpondit, at ego putabam mihi rem eſſe cum Cæſare, & non cum Sophiſtâ. Peſſime quoque Pericles Dux Athenienſium, qui hoſtibus vitæ incolumitatem promiſit, ſi ferrum abjeciſſent. Sed apud quos vel fibula ferrea in veſtibus reperta, eos interfici juſſit.

Th. 26.

23. Quo autem gens vicina potentior eſt, eo princeps debet eſſe circumſpectior. Et, ſi æquis condicionibus poſſit obinere pacem, illud tutiſſimum eſt: ſi non poſſit, limites bene muniat.

24. Termini Juriſdictionis fixi ſint, & certi: ſi tamen de iis oriatur controverſia, maturè ſopiatur.

25. In arctioribus fœderibus princeps debet eſſe circumſpectiſſimus. Ea enim res periculi pleniſſima eſt, in utramque partem, ſive fœdera ineantur, ſive non ineantur.

26. Imprimis ſunt periculoſa fœdera,

Theſ. 26. Quæſtio. *An Chriſtianis liceat inire fœdus cum Perſis, Turcis & Moſcovitis?*

Reſp. Affirmatur.

1. Dummodo ea non ineantur offenſionis, ſed defenſionis ergo, & religio excipiatur.

2. Si ea ineantur contra Barbaros, ſic Veneti iniverunt fœdus cum Rege Perſarum contra Turcas.

Quæſtio. *Si ex tribus ſociis inter ſe fœderatis unus alterius opem imploret, contra vim tertii, num ſecundus primo opitulari debeat?*

G *Reſp.*

dera, quæ imbecilliores ineunt cum potentioribus.

27. Minus periculoſa ſunt fœdera, quæ tantum commerciorum cauſa ineuntur: periculoſiora, quæ ineuntur cauſa defenſionis: periculoſiſſima, quæ ineuntur cauſa offenſionis.

Cap. XVI.

De Bello.

Etſi autem pax longe maximè ſit optanda præ bello: incidunt tamen

Reſp. Si amicitia tantum contracta eſt, auxilia non debentur; ſi autem ex fœdere auxilium debetur, antiquiori ſocio ſuccurrendum eſt. Si iiſdem temporibus contracta ſocietas, ei auxilium ferendum, qui arctiſſimo fœdere conjunctus erit. Si uterque par eſt, neutri debentur auxilia, ſed inter ſe conciliandi ſunt, ac res ad arbitros deferenda. Qui vero vel arbitros defugerit, vel judicatis acquieſcere noluerit, ei bellum denuntiandum. Uſus hujus Quęſtionis eſſe poteſt hodie inter Gallos, Belgas & Suecos. Item inter Gallos, Belgas & Luſitanos.

Bellum eſt publica contrariorum exercituum pacis

men tempora & cauſæ, quæ efficiunt ut bellum neceſſarium ſit, & juſtum. Qua-
pacis retinendæ ac conſequendæ ergo, à Magiſtratu indicta contentio.

Differunt igitur Bellum, Duellum, Rebellio.

Bellum requirit, 1. Ut à legitimis perſonis juſtam ob cauſam ſuſcipiatur, quæ non poſſunt eſſe aliæ, quam ſupremus Magiſtratus.

2. Ut legitimis mediis geratur: excludit ergo perfidiam, fraudes illicitas, veneficia, incendiarios, clandeſtinos ſicarios.

3. Ut legitimè terminetur.

Duellum eſt pugna duarum partium citra Belli formam dimicantium. Duellum non requirit præciſe duas tantum perſonas, ſed admittit etiam plures. Nam dictum eſt non à duabus perſonis, ſed à duabus partibus. Si duo tantum pugnent, vocatur *Monomachia*. Duellum in eo differt à Bello, quod hoc publica & legitima authoritate: Illud privato & temerario auſu ſuſcipiatur. Quòd hoc ſpectet publicum bonum. Alterum privatum & imaginarium. Rebellio eſt ſubditorum in Magiſtratum ſeditioſa & armata commotio. Ad Rebellionem requiritur,

1. Contemptus legitimi Magiſtratus.
2. Ejuſdem armata oppugnatio.
3. Privatio publicæ, ac ſummæ alicujus Authoritatis,

Quod ſi ſummus Magiſtratus ſit Tyrannus, vel titulo, vel exercitio, vel utroque modo, ſi flecti precibus ac admonitione non poſſit, ſi nullum aliud Reip. præſidium ſit, ſi conſenſus ordinum ac totius corporis Reip. adſit, tum eſt juſta, legitima, ac naturalis defenſio, non vero rebellio.

Quare de Bello eſt etiam Politicis præcipiendum.

2. Et quanquam bella vel offendendi vel defendendi cauſa juſtè poſſint inferri: Tamen cum jure naturali magis convenit defenſio, quam offenſio. Et offenſio nunquam poteſt eſſe juſta, niſi quoties damnum aut injuria Reipub. illata, propulſanda eſt.

3. Hæc ergo duo juſtam cauſam ſuppeditant ſuſcipiendi belli; Remp. defendere, & damnum ſive injuriam pro-

Th. 2. Diviſio Belli in offenſivum & defenſivum, prout vulgo accipitur, non eſt legitima. Nam nullum eſt juſtum Bellum, niſi quod defendendi cauſa ſuſcipitur, defendendo autem nos contra aliorum injurias, propriè loquendo ipſos non offendimus, quia offenſio præſupponit voluntatem aliquam ſine juſta cauſa lædendi; ſi cauſa juſta eſt non dicitur offenſio, ſed vel defenſio vel pœna. Igitur omne Bellum offenſivum propriè ſic dictum eſt illegitimum, qualia fuerunt omnia Bella, quæ Græci, Romani & alii contra gentes longiſſimè diſſitas, à quibus nunquam læſi fuerunt, geſſerunt, propagandi tantum Imperii cauſa.

Theſ. 3. Sunt enim & Belli ſicut pacis jura, juſtè-

propulſare: ſive, ſua retinere, & amiſſa recuperare. Quæ ſi princeps alia ratione non poteſt obtinere, bello experiundum eſt, & armis ſuſcipienda Reip. defenſio: imo etiam offenſio, ſi vires ſuppetant: ſi non ſuppetant, præſtat injuriam illatam diſſimulare, quam vindicando periculum ſibi creare damni majoris.

4. Ut autem in hac materia progrediamur ordine: ſex potiſſimum capita ſunt, de quibus aliquid dicendum: 1. De iis, quæ bellum antecedunt. 2. De adminiculis, per quæ bellum geritur. 3. De ipſa belligeratione. 4. De adjunctis belli. 5. De effectis & conſequentibus. 6. Denique de ſpeciebus.

5. Quod ad primum caput attinet,

juſtèque ea non minus quam fortiter gerenda. Liv. lib. 5. Et in omni Rep. maxime ſunt conſervanda jura Belli. Cic. 1. offic.

Theſ. 5. Ad verba, multo tutius eſt ſubditis, quam peregrino milite uti.

1. Quia externi ſæpe ſunt infidi, ſecundum Lucanum,

net, Princeps curet ſubditos ſuos tempore pacis in armis exerceri, & ad bellum præparari. Nam multo tutius eſt ſubditis, quam peregrino milite uti.

6. Si tamen ſubditi ſeditioſi ſint, non debet iis princeps armorum uſum

canum venaleſque manus, ibi fas ubi maxima merces.

2. Facile tumultuantur, præcipue in ipſo prælii diſcrimine. Quod præcipue Germanis militibus ſolenne eſt. Quemadmodum enim Hiſpani milites poſt pugnam, ita ipſi ante eam tumultuantur, & ſtipendia ſua poſcunt. Sed Domeſticus miles magis congruit cum natura incolarum, & magis fidus eſt.

Diſtinguendum eſt.

Corpus exercitus ſi fieri poteſt, debet eſſe ex Domeſtico milite, ac ſubditis; copiæ auxiliares aſſumi poſſunt ex variis gentibus. Carolus V. caput exercitus volebat eſſe Italum, brachia ex Hiſpaniâ, pectus ex Germaniâ, & reliqua membra ex aliis nationibus Quod ſi aliquanto major fuit potentia militis externi, quam Domeſtici, tum id plerumque infeliciter ceſſit. Ita Anglo-Saxones potiti ſunt Britanniâ; Mamaluki Syriâ, Circaſſi Ægypto, Turcæ Aſiâ, Gotti Thraciâ.

Theſ. 6. In Helvetia omnes & cives & ruſtici armati incedunt, neque licet cuique abſque gladio in publico conſpici. Ac in Turcia ſoli Janizari ſive milites prætoriani ſunt armati, reliquis armo-

ſum permittere: multò minus, ut eos curet in armis exerceri.

7. Neque vero ſolum armis tractandis aſſuefaciendi ſunt ſubditi, ſed etiam ad labores, incommoda, & opera militaria, ſi neceſſe ſit, cum aliis molienda: & ut verbo dicam, ad omnia boni militis officia.

8. Antequam princeps bellum decernat, invocato nomine divino, de omnibus rebus rectè deliberet, vires ſuas ſimul & hoſtis expendat & conferat, in omnem caſum conſilia dirigat, ut nihil inexſpectatum evenire poſſit.

9. Si hiſce omnibus ritè expenſis, princeps decernat gerendum eſſe bellum, id denunciet aut per fecialem (vulgo *een herault*) aut per litteras. Non enim ſatis honeſtum eſt, principem

armorum uſu plane interdicto.

Theſ. 9 Inter alia jura Belli etiam hoc eſt, quod bellum publicè ſit denunciandum. Antiqui Germani etiam diem ad prælium conſtituebant. Sufficit indictio ab una parte.

pem nihil tale cogitantem, bello adoriri. In bello defenſivo denunciatio non requiritur.

10. Sequuntur adminicula per quæ bellum geritur. Atque hæc ſunt quatuor, Perſonæ, Res, Conſilia, & Diſciplina militaris.

11. Perſona prçcipua ſit ipſe princeps. Nam cum neceſſario debeat unum eſſe in bello caput, qui poteſtatem habeat abſolutam, non ſatis tutum eſt hanc poteſtatem cuiquam tribuere.

12. Si tamen princeps non poſſit intereſſe bello, legatum ſibi conſtituat, ac ducem belli, indigenam, fide-

Theſ. 11. Quæſtio. *An princeps ipſe debeat intereſſe Bello?*

Reſp. 1. Non temere, ſed ſummâ tantum poſtulante neceſſitate.

2. Non debent confundi munia Ducis ac militis.

3. Maximi tamen principes Alexander M. Julius Cæſar, Carolus V. & alii ſemper præſentes interfuêre.

Th. 13.

delem, fortem & circumſpectum, & autoritate præditum & gratiâ.

13. Cæteræ perſonæ bellicæ, quæ principi inſerviunt, milites dicuntur. Milites duplici modo conſcribi ſolent: Prior modus eſt, cum tuba aut tympano convocatur populus, ut, ſi qui milites eſſe volunt, nomina ſua, acceptâ teſſerâ, curent annotari: alter modus eſt, cum hoſte ſubitò ingruente, populus ſonitu campanæ aut alio ſigno convocatur ad defenſionem.

14. Mi-

Theſ. 13. Pravus ille modus eſt colligendi vel conſcribendi milites per tympanum. Cum pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit, & inter ſe coëunt ignoti ignoranteſque, purgamenta urbium ſuarum, quibus ob egeſtatem & flagitia maxima peccandi neceſſitudo eſt, Bellorum omnium rudes ac inſolentes.

Priſci Romani legebant militem, & is mos hodieque obtinet in Anglia, ubi quilibet ab anno ætatis decimo ſexto ad quinquageſimum militare tenetur, cujus facultates non pertingunt ad certam aliquam ſummam. At in ſubito periculo tum omnes viritim comparere in armis debent, & tunc convocantur vel ſono Campanarum vel ignibus. Et propterea Turcæ nullas in toto Imperio ſuo tolerant Campanas, exiſtimantes illas eſſe ſeditionum inſtrumenta.

14. Milites, ſi fieri poteſt, colligantur ex locis durioribus, qui ætate ſint & corpore validi, animo acres, & moribus probati: idque ad certum numerum, ne aut multitudo aut paucitas ſit detrimento.

15. Milites conſcripti accuratè luſtrentur, & rejectis ineptis, cæteri catalogo inſcribantur, in claſſes diſtribuantur, & juramento auctorentur.

16. Juramenti certa ſit & concepta formula, qua milites ſpondeant, ſe imperata ducis facturos, & diſciplinam

Theſ. 14. Ad verba, milites ſi fieri poteſt colligantur ex locis durioribus.

Secundum illud Catonis: optimi milites ex agricolis petantur. optimi milites naſcuntur in locis duris, aſperis ac montoſis, præcipuè in Septentrione, tales Scoti & Helvetii.

Theſ. 14. Ad verba, ne multitudo detrimento ſit.

Ita multitudo nimia Xerxi Regi Perſarum fuit damnoſa; cum neque portus omnes ipſius naves exorta tempeſtate poſſent capere, neque terra omnibus alimentum ſuppeditare. Sic Carolus V. conſpectis caſtris Germanorum principum ad Ingolſtadium, quæſivit num omnes illi eſſent Germani? ac miratus innumeram multitudinem, brevi, inquit, & pecunia eos, & concordia deſtituet.

Th. 18.

plinam militarem conſervaturos.

17. Miles vel eſt eques vel pedes. Uterque ad bellum gerendum neceſſarius. Et quamvis in præliis, quæ fiunt in locis planis, præferendi videantur equites; in locis tamen montoſis, atque adeo reſpectu univerſi belli, pedites videntur eſſe potiores.

18. Neque vero ſolum ordinariis militibus utendum, ſed & ſubſidiariis, cum nempe neceſſitas poſtulat: iiſque vel indigenis, vel peregrinis. Quanquam non nihil periculi habet multitudo peregrinorum militum: præſertim, ſi ſunt ejuſdem nationis, & ducem habent, qui peregrino principi obſtrictus juramento eſt.

19. Milites vel gregarii ſunt, vel officiarii, & officiariorum tanta multitudo, & tam diverſi ordines, ut hoc experientia potius diſcendum ſit, quam præceptis. 20.

Theſ. 18. Ita Helvetii Ludovicum Sfortiam Ducem Mediolanenſem in ipſa acie deſertum, Ludovico XII. Regi Francorum prodidere.

20. Præter milites, multæ aliæ perſonæ neceſſariæ ſunt in bello, nempe conſiliarii, quæſtores ærarii caſtrenſis, ſupremus judex rerum capitalium. Item præfectus commeatus, præfectus armaturæ, curruum, navium, foſſorum, pontium, &c. Idque cum certo perſonarum numero, qui ſufficiat ad ſuppeditandum commeatum, ad vecturam, &c.

21. Sic de perſonis : ſequuntur res, & inter eas primò animalia, equi, & ubi id in uſu eſt, cameli, & elephanti.

22. Poſt animalia ſequitur pecunia, quę revera eſt nervus belli.

23. Tertio loco eſt commeatus, cujus maximam curam dux gerere debet. Commeatus vel ad homines per-

Theſ. 22. Ad verba, pecunia Belli Nervus eſt. Dictum hoc Livii eſt & Muciani apud Dionem in Veſpaſiano. Nam ut Cicero inquit : Nihil tam munitum eſt quin expugnari pecuniâ poſſit. Et facile capitur Caſtellum in quod Aſinus auro onuſtus aſcendere poteſt.

pertinet, vel ad equos, aliaque jumenta.

24. Quarto loco requiruntur arma, quibus milites debent eſſe inſtructi. Quod ut fiat, ſæpe arma militum luſtranda ſunt.

25. Præter arma requiruntur etiam alia inſtrumenta, tentoria, currus, naves, pontes, ſecures, ligones, &c.

26. Arma & veſtes militum ne ſint nimis pretioſæ, ne ſint prolectamenta hoſtium ad fortiter pugnandum.

27. Sequuntur conſilia, quæ in adminiculis belli gerendi tertium locum

cum

Theſ. 26. Ad verba, arma & veſtes militum ne ſint nimis pretioſæ.

Contra Alexander M. milites ſuos argenteis ſcutis inſtruxit, unde Argyraſpides dicti fuerunt.

Theſ. 27. Quæſtio. *An liceat ſtratagematis uti in Bello?*

Reſp. Affirmatur. Quia ſunt dolus bonus, ſecundum illud Virgilii: Dolus an virtus quis in hoſte requirat? Nam hoſtem quocunque modo perdere licet, ſed à ſtratagematis debet

abeſſe

cum requirebant. Conſilium bellicum vel directum eſt, ac ſine dolo; vel indirectum, ac cum dolo conjunctum. Huc pertinet ſtratagema, exploratio, procuratio proditionis, procuratio diſſidiorum inter hoſtes, interceptio, inſidiæ, & mora. Atque hæc omnia licita ſunt & laudabilia, ſi ſint ſatis tuta.

28. Supereſt diſciplina militaris, quæ legibus continetur, & earum executione. Ac primò danda eſt opera, ut milites, quantum fieri poteſt, vivant juxta leges Ethicas, Oeconomicas & Politicas, quibus jus naturæ & gentium continetur.

29 Deinde obſtringantur legibus ſpe-

abeſſe perfidia & violatio juris gentium, quod fit ſi quis hoſtem ſuum velit tollere veneno aut immiſſo percuſſore. vid. Lipſ. 5. Politicor. cap. 17.

Theſ. 28. Secundum Regulam Imperatoris Aureliani: Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annonâ ſuâ contentus ſit.

T. 30.

ſpecialibus, quæ ſolum militiam concernant, quibus jubeantur, quietè & pacatè vivere, tumultibus & ſeditionibus abſtinere; arma diligenter cuſtodire; in prælio fortiter rem gerere; fidem datam ſervare: Pœna capitali conſtituta in eos, qui fugiunt ad hoſtes, quique pugnam detrectant, aut ſtationem deſerunt.

30. De militum delictis cognitio habeatur brevis: pœna ſit rigida, & legibus reſpondens. Ita tamen ut gradibus varietur ſecundum gradus delictorum.

Cap.

Theſ. 30. Pœnæ militares, civilibus ordinariè majores ſunt.

Sunt autem judicia militaria quatuor generum, nimirum 1. Ordinaria. 2. Criminalia. 3. Stataria. 4 Cameralia. Privilegia militaria præcipua ſunt libera poteſtas teſtamentū condendi, adeo ut ſi quis in vagina vel clypeo literis ſanguine adhuc rutilantibus annotaverit, aut in pulvere gladio ſcripſerit ſub ipſo tempore, quo in prælio vitam amiſerit, hujuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oporteat.

Th. 5.

Cap. XVII.

De Belligeratione, deque belli adjunctis & effectis.

TErtio loco dicendum propoſuimus ſupra de belligeratione ipſa. In qua hoc primo loco obſervandum eſt, ut omnes occaſiones captentur lædendi hoſtis, & ſibi proſpiciendi.

2. In bello primò conſiderabimus Eductionem exercitus 2. Stationem. 3. Impreſſionem. 4. Conflictum. 5. Obſidionem.

3. Exercitum educturo deliberandum eſt, utrum magis expediat hoſtem ad limites tuę ditionis exſpectare, an illius ditionem invadere.

4. Cæterum qui exercitum ducit per ſuum aut per amici ſui agrum, ſedulo advertat, ne noceat incolis, neve iis moleſtus ſit. In agro hoſtili prædari poſſunt milites, ſed non effuſe, ne ab inſidiis circumveniantur. Quod ſi alieno exercitui tranſitum

per

per ditionem tuam permittas, (quod aliquando faciendum eſt) omnia diligenter munita ſint.

5. Locus exploretur per quem exercitus ducendus eſt, ſit ne ſylvoſus, montoſuſque, an planus, anguſtus, an latus, pervius, an fluminibus, aliiſque rebus impeditus ac clauſus, &c.

6. Ad ſtationem metanda & munienda ſunt caſtra loco opportuno, hoc eſt, idoneo ad commeatum, & qui expugnatu difficilis, & inſidiis non ſit obnoxius. Forma ſit ad naturam loci, & ad numerum militum accommodata. Loca in caſtris ſeorſim tribuenda equitibus & peditibus, omniaque ſervatâ debitâ proportione ordinanda.

7. Si ſtatio longa futura eſt, exercitus in hyberna ducendus eſt, ne caſtro-

Theſ. 5. Cujus rei neglecta cura, magnam ſæpe in bello calamitatem intulit; ita Romani ab Hannibale ad Cannas & lacumThraſymenum, atque etiam à Sabinis ad Furcas Caudinas victi ſunt.

T. 10.

ſtrorum incommoda nimis militem affligant. Hęc tamen incommoda ferenda ſunt, ſi periculum invaſionis metuitur ab hoſte parato.

8. Impreſſio in hoſtem non eſt facile facienda, niſi perterritum, aut ſecurum atque imparatum. Si enim hoſtis paratus ſit, ſeſeque fortiter defendat, potiores ſunt partes defendentis, quam offendentis.

9. Conflictus levior, dicitur velitatio. At is qui juſto exercitu fit, prœlium appellatur. Antequam ad juſtum prælium veniatur, utile eſt præmitti milites aliquot velitandi cauſa; idque vel ad explorandas hoſtium vires, vel ad cognoſcendos aut etiam augendos militum animos.

10. Prælium non eſt ineundum ad arbitrium hoſtis procaciter provocantis,

Theſ. 10. Hinc frequenter reſponſum provocanti hoſti, quod ex ipſius arbitrio non geratur Bellum, & notabile eſt quod Mauritius Naſſovius reſpondit provocanti ad Rhinbergam hoſti ſuo comiti Mansfeldiæ, cum enim is per Tubicinem provo-

cantis, ſed ad loci, temporis, aliarumque rerum opportunitatem.

11. Dux milites ad prælium vultu conſtanti, & apta oratione hortetur: ſpem fugæ præcidat: Ipſe prælio interſit; nihil enim magis incendit virtutem militum, quam præſentia Ducis. Duci detur legatus, qui, eo mortuo, ſi forte contingat, prælium continuet. Inter præliandum, nihil adverſi ſignificetur militibus, ſed caute diſſimuletur. Si quid profectum eſt, id augeatur porro, & militibus innoteſcat ad augendam audaciam.

12. Lectiſſimos aliquot milites

dux

provocaret principem ad prælium, turpe eſſe dicens, latere poſt vallum & munitiones caſtrorum, renunciari ei juſſit princeps, ſeſe ex juvene evaſurum libenter militem veteranum, exemplo Comitis Mansfeldiæ, qui ſi tam facile in juventute ſua, cum provocante hoſte pugnaſſet, non ad illam ætatem vitam produxiſſet. Inprimis maxima habenda ratio in ſtruenda acie ſolis & venti, quæ duo qui ſibi faventia & hoſti adverſa habet, pluſquam dimidiam victoriam jam obtinuit. Ita Adolphus Imper. ad Spiram ab Alberto Auſtriaco ſplendore ſolis victus fuit.

Th. 24.

dux in inſidiis collocet, qui de improviſo in hoſtem integris viribus irrumpant. Ea enim res plurimum habet momenti ad victoriam. Ipſe interim ab hoſtis inſidiis ſibi, quantum poteſt, caveat.

13. Si victoria potiatur, ne milites nimis cito turbata acie diſcurrant ad ſpolia: non etiam temere hoſti fugienti inſtandum; Nam una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

14. Si forte hoſtis ſuperior evadit, exercitus ſe integris ordinibus recipiat in locum tutum. Non enim minoris artis eſt*, ſubducere exercitum victori quàm vincere.

15. Obſidio vel facienda, vel ſuſtinenda eſt. Qui arcem aut urbem obſeſſurus eſt, ei debet accurate notum eſſe quantum hoſtis habeat commeatus, & quouſque ei victus ſuppetere poſſit, ſi ſit tam munita, ut armata manu non poſſit capi. Si capi poſſit vi, non neceſſe eſt de commeatu cogitare.

16. Hoſtis

16. Hoſtis circumcirca caſtris cingendus eſt, ne quid inferri, aut efferri poſſit. Nulli liceat egredi, ut citius abſumtus ſit commeatus. Cum urbs aut arx cingi circumcirca non poteſt, vi expugnanda eſt. Neque tamen temere tentandæ ſunt impreſſiones, & cavendæ obſeſſorum improviſæ eruptiones.

17. Cum obſeſſi dedere ſe parati ſunt, non eſt cunctandum, neque ſe victor difficilem præbere debet circa conditiones: fidem datam religioſe ſervet, & pactas conditiones impleat. Si armata manu urbem occupet, temperet ſe ab imbelli turba fæminarum, puerorum, & ſenum: tantum ſæviendum in repugnantes. Direptiones tamen bonorum non ſunt impediendæ.

18. Qui obſidionem metuit, urbem ſuam muniat, opere & milite: tum etiam ſibi de victu proſpiciat in longum tempus. Obſeſſi ſubinde ir-

ruant in hoſtium caſtra, præſertim ſi externa auxilia, ſibi adeſſe ſciunt, quę caſtra à tergo invadant.

19. Si nulla ſpes ſit ſolvendæ obſidionis, extrema neceſſitas non eſt exſpectanda, ne arbitrio obſidentium ſeſe cogantur permittere.

20. Adjuncta belli ſunt cædes hoſtium, vaſtatio, demolitio, prædatio, rapina. Quæ omnia in hoſtem tam ſunt licita, quam ipſum bellum : ſed antequam in fidem ſint recepti.

21. Captivi vel pretio vel permutatione dimittendi ſunt, ſecundum qualitatem perſonarum.

22. Scelerati, tyranni, transfugæ, proditores, &c. non ſunt in fidem recipiendi; nec, ſi per ignorantiam recepti ſint, ſervari debent.

23. Victor victis imperet, & victi imperata facere debent, victorique ut legitimo magiſtratui parere. Dominia, reſque bello acquiſitæ cedant in commodum Reip. niſi quod præda

quę-

quædam, ſive ſpolia militibus dividenda ſint.

24. Quin utile eſt ad ſecuritatem in ſubjugatam regionem colonias deducere.

CAP. XVIII.

De Belli ſpeciebus.

BEllum variè dividitur. Ac primò vel continuum eſt, vel interruptum induciis. Quæ, ſi legitime contrahantur, fides hoſti ſervanda eſt.

2. Quod ſi poſt inducias iterum ad bellum accedatur, præſertim ſi longiores fuerint, ſolent ea fere eſſe acerbiora & crudeliora, redintegratis viribus.

3. Quod

Theſ. 24. Hac inprimis ratione Romani Provincias acquiſitas in fide retinuerunt, idque exemplum hodie imitantur Hiſpani, Luſitani & Batavi, ideoque reprehenditur in Gallis, qui cum acquiſito Regno Neapolitano & Ducatu Mediolanenſi nullas Colonias gentis ſuæ deduxerint, inde mox ſecuta provinciarum defectio.

Th. 3.

3. Quod ſi bellum penitus finiatur, pax dicitur. Quæ tamen admittenda non eſt, niſi honeſta ſit ac tuta, aut neceſſaria.

4. Si conditiones pacis ſint tolerabiles,

Theſ. 3. Secundum illud Auguſtini: Bellum gerat neceſſitas, pacem habeat voluntas, & illud Silii Italici, Pax optima rerum,

Quas homini noviſſe datum, pax una Triumphis Innumeris potior.

Conditiones ejus ſunt.

Primo Honeſtas, unde pactio illa Romanorum ad Furcas Caudinas, quia inhoneſta, non potuit obtinere nomen pacis, neque enim Pax debet eſſe pactio ſervitutis, & in tali caſu cum dignitate potius cadendum, quam cum ignominia ſerviendum.

Secundo ſecuritas, ne nimirum pacis nomine involvatur Bellum, nam in illo caſu verum eſt quod Tacitus inquit lib. 4. Hiſtoriar. Pace ſuſpectâ tutius Bellum. Additur tamen limitatio, nimirum neceſſitas, & tunc quævis pax etiam injuſta utilior eſt juſtiſſimo Bello.

Ita Reſp. Veneta Anno 1511. pacem graviſſimis conditionibus promiſſo etiam tributo & ſubjectione ab Imp. Maximiliano I. accepit, & pari ratione pacem à Turcis redimere conatur.

Theſ. 4. Tacitus 12. Annal. Bellorum ſunt egregii fines, quoties ignoſcendo tranſigitur. Nam quanta pervicacia in hoſtem, tanta beneficentia adverſus ſupplices utendum, &

Magnanimo ſatis eſt hoſtem proſtraſſe Leoni.

Barba-

biles, non eſt aſpernanda. Et, ſi ſemel ſancita eſt, diligenter retinenda. Optima eſt, quæ ignoſcendo tranſigitur.

5. Secundo, Bellum vel cum propinqua vel cum remota gente geritur. Et, ſi cum remota, danda eſt opera, ut vicinos habeas benevolos.

6. Tertio, Bellum vel in propria, vel in communi cauſa eſt. Et, ſi in com-

Barbara illa crudelitas, quæ victis hoſtibus vel manus amputavit, vel oculos eruit, vel alia corporis parte mutilavit, quod Perſæ olim Græcis fecerunt, quemadmodum apud Curtium legimus. Pax igitur victis bona danda eſt, ſecundũ illud dictum Privernatium apud Livium: ſi bonam dederitis pacem & fidam & perpetuam, ſi malam haud diuturnam habebitis.

Theſ. 6. Hæc conditio raro obſervatur, neque Henricus IV. Rex Galliæ erga Elizabetham Reginam Angliæ, neque Jacobus Rex Britanniæ erga Batavos, neque Batavi erga Gallos obſervarunt. Cauſa duplex: Prima fluit ex illo vulgari: Proximus ſunt egomet mihi.

Altera ex diverſo fœderatorum ſtudio vel commodo.

Nam pax uni utilis vel neceſſaria, alteri poteſt eſſe incommoda. Quod ſi igitur aliqua fœderatorum pars honeſtas conditiones repudiet, nec

 poſſit

communi cauſa bellum ſuſceptum eſt, non debet princeps fœderatos ſuos deſerere; & tamen ita res ſuas componere, ut, ſi ipſe ab aliis deſeretur, poſſet tamen rebus ſuis bene conſulere.

7. Quartò, Bellum aliud terreſtre eſt, aliud navale: illud detrimentoſius eſt Reipub. hoc terribilius eſt militibus. Cæterum, quæ navali bello propria ſunt, ad diſciplinam nauticam magna parte ſpectant.

8. Quintò, Bellum vel defenſivum eſt, vel offenſivum. Utrumque periculoſum, ſed magis tamen offenſivum. Quia magis favere ſolemus iis, qui ſua defendunt, quam qui alios offendunt.

9. Po-

poſſit dare ſufficientes rationes, cur bellum ſit continuandum, tum altera pars ſalvo fœdere pacem poteſt amplecti. Ratio duplex.

1. Quia in fœderibus vox affirmativa potior eſt negativa.

2. Quia ultimus finis fœderum & omnium bellorum eſt honeſta pax, quæ cum haberi poteſt, tunc ceſſare debet ipſum medium ad illam, nimirum Bellum. Th. 9.

9 Poſtremo, Bellum aliud externum eſt, aliud civile, ſive inteſtinum. Et quamvis omne bellum luctuoſum eſt & fugiendum, quantum poteſt maxime: tamen omnium luctuoſiſſimum

Theſ. 9. Bellum civile eſt ſubditorum contra principem, vel civium inter ſe. Prius communiter vocatur Rebellio: Alterum propriè obtinet in Ariſtocratico vel Democratico ſtatu, & tale inprimis *Bellum Civile* fuit, inter Syllam & Marium, inter Pompejum & Cæſarem, & hoc Bellum omnium eſt miſerrimum.

1. Quia nimirum caſtra ex una civitate contraria ſunt, & parentum liberorumque Sacramenta diverſa.

2. Quia cum in civilibus bellis omnia ſunt miſera, nihil tamen miſerius eſt ipsâ victoriâ, ut Cicer. loquitur.

Et ab illa plerumque conſequitur vel interitus, vel mutatio Reip. ut ex civilibus Romanorum Bellis patet.

Quæſtio. *An civis bonus in civili bello medium ſeſe gerere & neutram partem amplecti debeat?*

Reſp. Negatur.

1. Quia vir bonus numquam debet deſerere Remp. ſuam. Ergo neque in civili Bello.

Quemadmodum enim ad incendium reſtinguendum omnes debent concurrere, nemo vero compreſſis manibus illud aſpectare: Ita in civili bello. Flagitioſus ille nauta, qui tranquillo mari ad clavum ſedet, turbato illum deſerit.

mum eſt bellum civile: utpote, in quo nihil miſerius eſt ipſa victoria, quam neceſſariò ſequitur aut interitus Reipublicæ, aut mutatio.

10. Princeps animadverſis ſeminibus belli civilis, proceres, quos ſuſpectos habet, alio ablegat ſpecie honoris, omniaque faciat, ad cauſas civilis tumultus auferendas.

Cap. XIX.

De Vitiis principatus & cauſis mutationum.

SIcuti corpora viventia ſuos habent morbos, ac tandem intereunt; ita quo-

2. Quia ſemper in civili bello pars una habet juſtiorem cauſam. Ergo illam bonus civis amplecti, atque adjuvare debet. Ita Marcus Cato partibus Pompejanis contra Julium Cæſarem acceſſit. vid. Lipſ. lib. 6. Polit. cap. 6.

Theſ. 1. Hactenus actum de cauſis conſtituentibus & conſervantibus Remp. Sequuntur cauſæ ipſam deſtruentes atque evertentes. Dari igitur everſionem Rerumpub. experientia docet, ſecundum illud Ovidii lib. 15. Metamorph.

——— *Sic omnia verti*

Cer-

quoque corpora politica, ſive Reſpublicæ, ſua patiuntur vitia, & mutationes, ac tandem penitus intereunt.

2. Vitia leviora ſunt, cum princeps aut ob longam abſentiam, aut ob impotentiam animi, minus idoneus judicatur ad res gerendas. Unde fit, ut aut omnium ſubditorum incurrat odium, aut deſpectum.

3. Eſt etiam inter vitia principatus & cauſas mutationum numeranda, ſpontanea principis abdicatio, aut mors, non conſtituto legitimo, eoque

Cernimus atque alias aſſumere robora gentes,
Concidere has, ſic magna fuit cenſuque viriſque
Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas.
Et pro divitiis tumulos oſtendit avorum
Clara fuit Sparta, clara viguêre Mycenæ.
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis Arces.
Vile ſolum Spartæ eſt, altæ cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ.
Quid Pandioniæ reſtat niſi nomen Athenæ.

Cauſæ everſionum aliæ ſunt Principales, aliæ Inſtrumentales.

Principalis unica eſt Deus, qui ſicut omnibus rebus humanis, ita inprimis Rebuſp. certum terminum præfixit.

que adulto, hæredε ac ſucceſſore.

4. Plu-

Inſtrumentales ſunt variæ, quarum aliæ procedunt vel

- Ab Elementis, vel
  - Supra nos, ut à Fulmine, igne cœleſti, à peſtilentia aëris, à ventis, à pluviis & inundationibus.
  - Infra nos, ut à terræ motu, ita Sodoma & Gomorrha divinis ignibus, 12. civitates Aſiæ terræ motu, urbes Græciæ diluvio & aliæ aliis modis extinctæ ſunt.
- Ab Animalibus: Ita Abderitarum Reſpub. à muribus deſtructa fuit.
- Ab ipſis hominibus: Et hæ ſunt cauſæ omnium frequentiſſimæ ac veluti ordinariæ. ſuntque
  - vel Internæ quæ vel
    - A Magiſtratu: contemptus, odium.
    - A ſubditis: diſcordia, ex qua naſcuntur factiones & ſeditiones.
    - Ab utriſque: ſecuritas, imprudentia, nimium bellandi ſtudiū.
  - vel Externæ: Defectio Sociorum, Rebellio Provinciarum, Irruptio Barbarorum, & infelix bellum.

Theſ. 2. Monarchia facile evertitur, ſi princeps incurrat odium aut contemptum populi ſui. Odium illud eſt, ſubditorum in principem ejuſ-

que

4. Plurimum præterea valet ad indignationem ſubditorum concitandam, eoſque impellendos ad ſtudium novarum rerum, intemperantia, luxus, libido, crudelitas, & rapacitas principis.

5. At-

que ſtatum pertinax malevolentia. Illud oritur ex metu, ſecundum illud: Quem metuunt oderunt, quem quiſque odit, periiſſe expetit. Metus proficiſcitur ex ſuppliciis & tributis. Contemptus eſt impreſſa ſubditis de principe ſuo ejuſque ſtatu vilis & abjecta opinio: præcipue in eo conſiſtit quod ſubditi putant principem ſuum non eſſe capacem Imperii, neque animo neque corpore ſatis validum, & hæc cauſa omnium patet latiſſima. Nam odium non cadit niſi in Tyrannum, at contemptus in pleroſque principes, cum de pauciſſimis in omni hiſtoriâ legamus eorum mentem tantæ molis capacem fuiſſe. Deinde contemptus oriri poteſt ex quovis etiam leviſſimo vitio.

Oritur ex tribus cauſis:
- Forma Imperii, ſi ea ſit juſto lenior ac remiſſior.
- Fortuna, ſi illa adverſa.
- Moribus, ut luxuria, levitas, ſtoliditas, ſenectus, infirma valetudo, & alia animi ac corporis vitia.

Theſ. 3. Ita Alexander M. apud Curtium conqueritur etiam orbitatem ſuam eſſe contemptui. Unde Auguſtus plures ſibi adoptavit in filios, ut nimirum munimentis inſiſteret. Tac. 1. Annal.

5. Atque hæ quidem cauſæ internæ ſunt: externæ cauſæ ſunt vel migratio gentium, quæ patriâ ob egeſtatem relictâ, novas ſibi ſedes quęrunt; vel ſubjugatio. Perit enim Reſpubl. cum redigitur in poteſtatem peregrini principis. Eo modo Romani plurimas Reſp. deſtruxerunt.

6. Reſpublica ſive principatus vel degenerant in anarchiam, vel in polyarchiam, vel in tyrannidem.

7. Anarchia eſt, ubi pulſo magiſtratu, quilibet vivit ſuo arbitratu.

8. Polyarchia eſt, cum duo pluresve ſeſe gerunt pro ſupremo principe.

9. Ty-

Theſ. 5. Migratio Gentium horrendas mutationes & ſtrages Rerump. fecit. Ita Anglo-Saxones migrantes ex Germania in Britanniam, univerſam immutarunt & everterunt. Ita Hunni, Gotti, Suevi, Alani, Longobardi, Burgundiones, Sclavini ſive Sclavi, Turcæ, Tartari, Saraceni, Romani, Græci, Hiſpani, Luſitani, Angli, Batavi, migrationibus ſuis univerſum terrarum orbem & innumeras Reſp. vel mutarunt, vel everterunt.

Th. 9.

9. Tyrannis eſt, cum quis contemtis legibus, ſubditos non pro civibus habet, ſed pro ſervis.

10. Tyrannus vel titulum habet principatus, vel non habet titulum.

11. Ty-

Theſ. 9. Tyranni olim dicebantur, qui liberam civitatem perpetua poteſtate tenebant, & hoc ſenſu Tyrannus idem eſt quod Rex & princeps, ut in illo Virgilii,

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Tyranni.

Poſtea nomen hoc odii & invidiæ plenum eſſe cœpit. Et in hoc ſenſu poſteriori definitur Tyrannus hac Theſi 9. Sed definitio Ariſtotelis longe eſt perfectior, quod nimirum Tyrannis ſit Imperium ſummum unius in pares & meliores ad utilitatem privatam & non publicam. Igitur in eo conſiſtit quinta eſſentia, forma, atque anima Tyranni, quod Remp. non ſecus ac privatam hæreditatem pro ſuo tantum arbitrio & voluntate nullo habito reſpectu ad utilitatem publicam adminiſtret.

Theſ. 10. Hæc diſtinctio melior eſt, quod Tyrannus alius eſt titulo, alius exercitio.

Tyrannus Titulo, qui nullo jure (quæ jura exprimuntur cap. 5. Th. 2) Remp. occupat, & talis propriè hoſtis eſt, atque idcirco ut hoſtis tractari poteſt, & vel judicatus vel non judicatus occidi, & tales Tyranni ante tria ſæcula in omnibus ferè civitatibus Italiæ exorti fuerunt.

Sed ſi populus ſive oppreſſus ſive alio modo ſuo conſenſu Tyranni talis titulo ſtabilivit Imperium, eique fidem juravit, tunc tolerari debet,

H 5 præ-

11. Tyrannus dicitur habere titulum, qui legitimè conſtitutus, non imperat tamen legitimè.

12. Tyrannus ſine titulo eſt, qui Remp. ſibi, neque ſucceſſionis, neque electionis jure commiſſam, vel vi, vel fraude invadit.

13. Notæ futuri Tyranni ex multis hæ paucæ notari poſſunt. 1. Si leges fundamentales, & privilegia ſubditorum violet. 2. Si jure majeſtatis abutatur ad crudelitatem aut ad rapinas. 3. Si ſpernat religionem, pietatem

præſertim ſi modeſtum ſeſe gerat atque juſtum, & hac ratione. Iulius Cæſar Tyrannus titulo, ſed admiſſus atque approbatus nullo jure occidi potuit.

Tyrannus exercitio, qui juſte quidem tenet Remp. ſed eam injuſtè & illegitimè adminiſtrat.

Theſ. 13. Ut recte intelligatur, quis habendus ſit pro Tyranno,

1. Aliqua ſunt removenda, quæ Tyrannum non faciunt.

2. Aliqua ſunt ponenda, quæ Tyranni propriæ ac perpetuæ notæ ſunt.

Primo removenda hæc, Negligentia, ſocordia, ſtupor, imbecillitas mentis ac judicii, facilitas, & hujus generis alia, quæ in omiſſione, non in com-

tem & juſtitiam. 4. Si res & reditus publicos in proprios uſus convertat invito populo. 5. Si velit ſubditos in pau-

commiſſione niſi per accidens conſiſtunt. Non enim princeps & Tyrannus opponuntur, ut habitus & privatio, ſed ut virtuti vitium, ut ſanitati morbus.

Deinde ſecernenda ſunt vitia privata à Publicis. Ita ob libidinem, intemperantiam, paganiſmum, hæreſin, prodigalitatem nemo Tyrannus dicendus eſt, hæc enim poſſunt quidem facere principem Tyrannicum in quibuſdam actibus, non vero Tyrannum. Ita Wenceſlaus & Claudius Imperatores, Richardus II. Angliæ, Henricus III. Galliæ Reges Tyrannici fuerunt principes in quibuſdam actionibus, ſed tamen non fuerunt Tyranni.

1. Quia neque Tyrannicus actus ſtatim facit Tyrannum, quemadmodum neque una actio poteſt facere habitum.

2. In principe Tyrannico dantur lucida intervalla. At Tyrannis totâ ſuâ latitudine iniqua eſt.

3. Neque nimiæ exactiones atque tributa conſtituunt eſſentiam Tyranni. Quanquam enim tales exactiones quam proximè accedant ad Tyrannidem, tamen ſi de cætero Reip. bene conſulatur, ferendum eſt illud incommodum.

4. Neque odium civium facit & conſtituit Tyrannum, nam & Tyrannis non raro favetur, quemadmodum Neroni contigit, & ipſi quoque principes ſæpe propter juſtitiæ ac probitatis ſtudium exoſi ſunt, quod contigit Pertinaci, Alexandro & aliis Imperatoribus.

paupertate vivere, vel ſi inter eos alat diſſenſiones, &c.

14. An

Non igitur recte declarant eſſentiam ac naturam Tyrannidis, plerique Politicorum, qui notas tantum quaſdam acervatim accumulant, & ex illis judicare volunt, utrum princeps aliquis ſit Tyrannus necne; nam illæ notæ omnes vel maximam ſaltem partem non niſi effecta Tyrannidis ſunt, adeoque eſſentia ejus poſteriora. Deinde tam ſunt generales & latæ, ut pauciſſimi dentur principes, qui non ſecundum illas poſſint pro Tyrannis haberi.

Tertio, ponenda igitur ſunt hæc ex quibus cognoſcitur natura Tyranni.

1. Privatus quæſtus & detrimentum publicum, hæc omnium exactiſſima nota, ac formalis ratio Tyrannidis.

Nam in Rep. omnes omnino actiones æſtimandæ ſunt ex fine: ita non ſufficit factum aliquod materialiter eſſe bonum, niſi etiam bene fiat, ac bono fine fiat, & hinc actiones materialiter bonæ poſſunt eſſe formaliter malæ. Ita remittere tributa, ac populum benevolentia ſibi conciliare bonum eſt materialiter, ſed ſi fiat hoc fine, ut optimates adeoque Reſp. opprimantur, quemadmodum Dionyſius Siciliæ Tyrannus fecit, eſt formaliter malum.

Igitur inter Regem ac Tyrannum ſi poteſtatem ſpectes nihil intereſt, uterq; enim ſummam habet poteſtatem, ſed differentia ſpecifica petenda eſt ex fine. Nam Rex illâ poteſtate utitur ad ſalutem, Tyrannus ad detrimentum & perniciem Reipub. quemadmodum alia ratione viator, alia ratione latro gladium gerit, ille pro ſuâ ſalute & defen-

ſio-

14. An liceat ſubditis tyrannum occidere, controverti ſolet à Politicis. Ea quæſtio hoc fere modo ſolvi poſſe videtur: ſi quis ſine titulo, tyrannidem affectet, aut jam teneat, is tolli poteſt ſine dubio, quia inſtar hoſtis eſt.

15. Si tamen à conſentiente populo ei fides præſtita eſt, jam jus habere cenſetur. Et, cum ejuſmodi tyranno aliter agendum eſt. Si quis legitimè conſtitutus eſt in principem, non prius pro tyranno habendus eſt, quam ab ephoris, aut proceribus regni, qui populi jura, ac privilegia tueri debent, declaratus ſit principatu exciđiſſe.

16. Ne-

ſione, hic in alterius perniciem & interitum.

2. Omnis Tyrannus Tyrannidem ſuam exercet in pares & meliores. Nam cum omnis Tyrannus ſit peſſimus, neceſſarium omnino eſt, ut illi quibus imperat, ſint ipſi aut pares malitiâ, aut meliores. Hinc Jubellius Campanus Tyrannicam ſævitiam exprobrans Fulvio conſuli Romano, me quoque inquit, jube occidi, ut gloriari poſſis multo fortiorem quam ipſe es virum abs te occiſum eſſe.

Th. 1.

16. Neque prius declarari debet excidiſſe principatu, quam manifeſtiſſima ediderit tyrannidis indicia.

17. Cum ergo rite declaratus eſt ob tyrannidem, & violatam fidem, excidiſſe principatu, pro hoſte habendus eſt, populuſque ſolutus eſt juramento fidelitatis.

Cap. XX.

De Religione.

SIcuti homo non poteſt eſſe beatus ſine religione; ita etiam non poteſt

Theſ. 1. Inter præcipuos fines propter quos inſtituta fuerunt Reſpub. Religio eſt, ſecundum vulgarem illum verſum.

Utque alios alii de religione docerent,
Contiguas pietas juſſit habere domos.

Ratio autem Politica (nam de Theologia nihil hic dicendum) duplex eſt.

1. Quia jus Gentium ac civile non poſſunt exerceri abſque Religione, nulla enim fœdera, nulla pacta poſſunt eſſe rata, atque firma abſque religioſa numinis invocatione, & juramentis, neque leges civiles, quia illæ poſſunt quidem manifeſta corrigere, atque etiam judicare facinora, at vero occul-

teſt Politia eſſe beata, in qua religio contemnitur.

2. Neque vero religio principi debet eſſe prætextus, aut pro terriculamento, quo ſubditi contineantur in officio; ſed veram ejus curam gerere debet, ipſeque exemplo ſuis ſubditis præire.

3. Cui rei ſibi vendicet princeps jus quoddam majeſtatis in Eccleſia.

Ad

occulta & nullo teſte geſta non poſſunt manifeſtari. vel etiam coërceri abſque religione & juramentis.

2. Quia in omni Rep tales frequenter incidunt caſus, qui non niſi religione curari & adminiſtrari poſſunt, ex. gr. cum pugnandum eſt contra hoſtem longe potentiorem ſed injuſtum, fœdifragum, numinis contemptorem, nulla tum ſpes victoriæ, niſi in ipsâ religione, quâ miles ſibi perſuadet eſſe Deum omnipotentem, qui punire hoſtes, ac bonam cauſam etiam per paucos defendere poſſit.

Theſ. 2. Rejicitur error Machiavelli, qui Religionem tantum vult eſſe prætextum, & ſuadet principi ſuo, ut tantum ſimulet ſeſe eſſe religioſum, de quo dictum ad cap. IV. th. 6.

Theſ. 3. Ita Conſtantinus M. dicebat ſeſe eſſe Epiſcopum extra Eccleſiam, Epiſcopos autem in Eccleſiâ.

T. 5.

Ad quod pertinent, 1. Jus vocandi & conſtituendi miniſtros eccleſiarum per ditionem ſuam. 2. Sanciendi & promulgandi leges de ordine & diſciplina eccleſiaſtica, deque eccleſiaſticis judiciis.

4. In his tamen nihil conſtituat, niſi auditis primum conſiliis Eccleſiaſtarum. Quin etiam utile eſt principi inter conſiliarios ſuos habere viros religioſos, & diſciplinę ac juris eccleſiaſtici peritos, quorum conſilio uti poſſit in rebus ad eccleſiam pertinentibus.

5. Coërceat princeps blaſphemos, & perjuros: Item impoſtores, ſeductores,

Theſ. 5. Quæſtio. *An hæretici pœnâ capitis afficiendi?*

Reſp. Diſtinguendum inter hæreticos blaſphemos, ſeductores & ſeditioſos, & inter ſeductos & quietos, inter illos qui ex deſtinatâ malitiâ, ac qui ex ſimplici ignorantia peccant. Priores poſſunt etiam capitis ſupplicio puniri, ſed non niſi in caſu manifeſtæ blaſphemiæ, & concitatæ ſeditionis. Propter blaſphemiam, quia

ctores, qui non tantum ipſi perperam de Deo, deque religione ſentiunt: ſed alios quoque pertrahere in ſententiam, & pacem eccleſiæ turbare malitioſe ſtudent.

6. Quin etiam Eccleſiam tueatur, adverſus vim & injuriam externam. Præterea reditus conſtituat, & qui conſtituti ſunt, conſervet, & ſtipendia honeſta eccleſiaſticis perſolvenda. Neque patiatur facile, bona Eccleſiis deſtinata, ad profanos uſus transferri.

7. Et quia nullum majus in Rep. bonum eſt quam conſenſus in Religione;

quia expreſſa Lex Deut. 13. verſ. 17. & 18.

Et quia Blaſphemia Dei introducit Atheiſmum. Propter ſeditiones, quia ſeditio quævis eſt crimen capitale. De cæteris qui tantum ſunt ſeductores vel ſeducti & tantum ex ignorantia ac ſimplicitate peccant, negatur, & contra tales ſumma olim pœna in lege civili fuit deportatio ſive exilium.

Theſ. 7. Quæſtio. *An plures unâ & verâ religione in Rep. tolerandæ ſint?*

Reſp. Diſtinguendum eſſe inter Religiones,

ligione; Princeps omnibus modis operam dare debet, ut diſſenſiones non oriantur, antequàm certamina incaleſcant, & in vulgus emanent.

8. Cui rei coget ſyncdos, ſive cœtus eccleſiaſticos, in quibus de controverſiis ſubortis cognoſcatur,& judicium feratur, quibus ipſe vel per ſe, vel per legatos ſuos præerit.

9. Si

nes, quæ vel retinent adhuc fundamentum aliquod ſalutis, vel illud plane evertunt ac tollunt, de prioribus datur, de poſterioribus negatur: Ita non eſt toleranda in Rep. Religio Turcica, Judaica, Ethnica, quia plane ſunt falſæ, ſuperſtitioſæ, Idololatricæ, prioris generis poſſunt tolerari propter duas rationes.

1. Quia religio non imperari ſed ſuaderi debet.

2. Quia Chriſtus prædixit ſemper fore ſectas & hæreſes in Eccleſiâ.

Quæſtio. *An publicum exercitium plurium religionum in Rep. ſit admittendum?*

Reſp. Negatur. Quia exinde oritur diſtractio Reip. & Reſpublicæ in Rep. conſtituuntur.

Excipiendi tamen ſunt varii caſus, qui poſſint Reip neceſſitatem imponere tolerandi publicè religiones, quemadmodum fit in Poloniâ, Germaniâ, Galliâ & aliis.

Th. 9.

9 Si qui à vera receptaque religione diſſenſerint, non eſt in eos ſæviendum exiliis aut ſuppliciis, niſi cum Religione aliquid commiſtum ſit, quod politicum ſit. Princeps enim non debet ſibi vendicare imperium in conſcientias. Fides enim ſuadetur, non cogitur. Et diverſitas religionum inter ſubditos, non evertit unitatem Politiæ.

10. Si quæ pacta, aut ſalvi conductus ſubditis conceſſi ſint in religione diſſentientibus, ea princeps ſervare debet. Nihil hac voce peſtilentius; Hæreticis non eſt ſervanda fides.

Theſ. 9. Hinc evertitur Inquiſitio Hiſpanica, quæ propter nimiam ſuperſtitionem iniquiſſimè ſævit in conſcientias hominum & quæ præcipua cauſa fuit, cur Provinciæ Belgicæ ab Hiſpano defecerint.

Theſ. 10. Hoc peſtilens axioma, hæreticis non eſſe ſervandam fidem natum fuit Anno 1415. in concilio Conſtantienſi, approbante illam perfidiam Sigiſmundo Imperatore, cum perpetua nominis ſui infamiâ ac ineffabili cum detrimento. In contraria ſententia fuit Carolus V. qui fidem omnibus etiam hæreticis ſervandam duxit.

11. Hæc ad principem pertinent: ſubditorum officium in Religione eſt, Principis jus & majeſtatem in rebus etiam eccleſiaſticis agnoſcere, eique parere in omnibus, quæ ex verbo Dei, de cultu Dei, religioneque præceperit.

12. Neque vero liceat perſonis eccleſiaſticis peregrinam juriſdictionem implorare. Nam quia ſunt pars Reip. (niſi quis velit Remp. in Rep. conſtituere) etiam Politico magiſtratui æque ac cætera membra, ſubeſſe debent.

13. Si princeps à vera religione alienus ſit, non propterea deſinit eſſe legitimus princeps: multo minus iſtoc nomine habendus eſt pro tyranno.

14. Itaque non debent ſubditi religio-

Theſ. 13. Hæreſin non facere Tyrannum ad caput præcedens fuit dictum; rejicitur igitur hac theſi ſeditioſa doctrina Jeſuitarum, qui omnes principes ab ipſorum religione alienos pro Tyrannis ac illegitimis habent, & à quolibet privato occidi poſſe tradunt.

Theſ. 14. Si moveat princeps aliquis perſecutio-

ligionis cauſa inſurgere adverſus principem, modo perſecutionibus non ſæviat. Hoc ſi contingat, privati homines fugere debent perſecutiones, aut ferre, uſque dum proceres, aut inferior magiſtratus, eos defendant, ac tueantur.

CAP. XXI.

De iis, quæ Ariſtocratiæ & Democratiæ communia ſunt.

ATque hæc quidem omnia de Monarchia ſive de principatu dicta ſunt: quæ etiam ad Ariſtocratiam

tionem, tunc duo relicta ſubditis præſidia ſunt. Primo quidem fuga, deinde etiam arma, ſed non niſi in hoc caſu, ſi inferiores Magiſtratus, Ordines ac Status declarent ſeſe ſumma ac inevitabili neceſſitate pro ſui defenſione contra iniquiſſimam vim hoſtium ſuorum, à quibus ſeductus princeps, cogi defenſionem ſuſcipere ſuorum ſalvâ tamen erga principem fide. Ita factum ſuperiori ſeculo in Gallia, Belgio & Germaniâ.

Theſ. 1. Male Author & reliqui Politici confundunt jura & officia Magiſtratus communia cum principatu ſive Monarchiâ. Nam ſi excipias quæ dicta ſunt de hæreditario Imperio, & pauca

tiam ac Democratiam certâ quadam ratione debent accommodari.

2. Præter nonnulla adhuc obſervanda reſtant, quæ vel Ariſtocratiæ & Democratiæ communia ſunt, vel ſingulis peculiaria. Sed de communibus utriuſque affectionibus agemus primo loco.

3. Status Monarchicus haud dubie optimus eſt naturâ ſuâ, quia non eſt obnoxius diſſenſioni: & ſtatus in quo im-

pauca quædam alia, quæ propriè ad ſolum Monarcham ſpectant, reliqua omnia in univerſum competunt Magiſtratui cuilibet. Ergo in Politicâ,

1. Agendum eſt de Magiſtratu in genere.

2. De ejus ſpeciebus, Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia. Et abſolutâ Monarchiâ tradendæ ſunt primo Generales affectiones ſtatus Polyarchici, id eſt quæ ſimul competunt Ariſtocratiæ atque Monarchiæ, de quibus Author hoc capite, ſed confuſe & imperfecte agit.

Affectiones Generales ſtatus Polyarchici.

1. Quod in eo Magiſtratus ſit pure electivus. Excludit igitur omnem hæreditatem, & alios ſucceſſionum modos, qui exprimuntur ſupra cap. V.

2. Quod omnem ſuam poteſtatem debeat toti populo.

3. Quod in eo plurima vota concludant, ſecundum illas conditiones quæ ſupra expreſſæ. cap. V. th. 10.

Th. 3.

imperium penes plures eſt, eatenus eſt laudabilis, quatenus ad unitatem redu-

Theſ. 3. Quæſtio. *Quænam forma Imperii ſit præſtantior, an Monarchia, an Ariſtocratia, vel Democratia?*

Reſp. Diſtinguendum inter dignitatem & poteſtatem.

1. In Monarchiâ major dignitas, in Ariſtocratiâ & Democratiâ major poteſtas.

2. Summa poteſtas in Democratia, minor in Ariſtocratia, minima in Monarchia.

Probatur de Democratiâ, quia ea vel complectitur omnem populum, in quo omnis ac ſumma poteſtas, quippe qui exhibet totum corpus Reip. vel proxime ad multitudinem univerſi populi accedit. De Ariſtocratia, quia optimates poteſtatem ſummam populo debent. De Monarchia, quia ea poteſtatem ſuam & ordinibus & optimatibus debet ſive Ariſtocratiæ, & toti populo ſive Democratiæ. Igitur Reſp. poteſt comparari Pyramidi, cujus ſummum cacumen altiſſimum quidem loco, ſed quantitate ac poteſtate minimum, & ſunt Monarchæ optimates ipſa Pyramis vel illuſtrior ac potior ejus pars, totum corpus & baſis populus.

Falſum eſt quod Author dicit ſtatum Monarchicum optimum eſſe ſuâ na urâ. Ratio, quam addit, quod non ſit obnoxius diſſenſioni, nihil concludit, propter triplicem falſam hypotheſin.

1. Omnem conſenſum eſſe bonum & omnem diſſenſum eſſe malum, cum tamen & conſenſus poſſit eſſe malus & diſſenſus bonus. Pone enim Principem conſentire in malo, nim. oppri-men-

reducitur. Hæc unitas in conſenſione & concordia conſiſtit.

4. Quia autem regimen & uſus juriſdictionis non eſt penes unum aliquem

mendam eſſe libertatem populi, bella non neceſſario eſſe ſuſcipienda, Remp. eſſe dividendam, oppignorandam, hic quidem erit conſenſus ſed malus, & diſſenſus longe melior, non eſſe agenda. Igitur diſſenſus quidam nimir. pro utilitate Reip. admodum eſt bonus, laudabilis ac neceſſarius.

2. Quod nullus Monarcha poſſit eſſe malus, adeoque ejus voluntas ſit regula & norma recti, juſti ac æqui. Nam quia Monarcha eſt Perſona unica, non poterit facile diſſentire à ſe ipſo, adeoque non erit obnoxius diſſenſioni. Sed cum à condito orbe ad noſtra uſque tempora innumeri fuerint principes mali, facile apparet illam ipſam exemptionem à diſſenſione reddere ſtatum Monarchicum periculoſum & gravem Reip. Igitur præferenda eſt Monarchiæ Polyarchia, ſive ſit Ariſtocratia, ſive Democratia, ſive mixta, in quo ſtatu longe faciliori ratione poteſt haberi conſenſus ac concordia, quam ſub Monarchiâ. hac ratione.

1. Quia ſuffragia vel ſunt paria vel imparia, ſi paria, res poterit dividi vel ſorte, vel ex æquo & bono: ſi imparia, tum pluralitas votorum concludit, quia ubi plures ibi omnes eſſe cenſentur.

2. Quia in caſu neceſſitatis poteſt eligi unus aliquis ſive princeps ſenatus ad gubernandam communi ſuffragio ac conſilio Remp. ſive Imperator ad gerendum contra hoſtem bellum, de quibus Author th. 4. 6. & 8.

Th. 6.

quem in ſolidum, conſultum eſt & utile, ut aliquis communi ſuffragatione delegetur, qui tanquam miniſter, jurisdictionem exerceat: vel etiam per vices exercere juriſdictionem poterunt, qui imperant.

5. Ubi ſuffragia diſſident, ex pluribus ſuffragiis conſtituenda ſunt decreta: alioqui ſtatus turbabitur facillime.

6. In rebus periculoſiſſimis utile eſt ſummam Reip. uni alterive committi, qui extraordinariis conſiliis provideant, ne quid Reſp. capiat detrimenti.

7. Qui

Theſ. 6. Ita Romanis ſolenne fuit in gravi aliquo periculo vocare Dictatorem cum hac ſolenni formula: Videat Dictator ne quid Reſp. detrimenti capiat. Talis Dictator habebat abſolutam & illimitatam poteſtatem tam in civilibus quam in bello & erat Magiſtratus ſine provocatione. Sed cum hac exceptione,

1. Non licebat ei equo vehi.

2. Non niſi in ſex menſes conſtituebatur. ſaltem nunquam erat perpetuus quamdiu Reſp. libera fuit. Primus Lucius Sylla, & poſt eum Iulius Cæſar perpetuos ſe Dictatores conſtituerunt.

7. Qui imperant in ſtatu plurium, eos utile eſt in tres ordines diſtingui, in ſenatores, executores, & judices.

8. Tempore belli creandus eſt imperator ſive dux generalis, penes quem ſit ſumma rei bellicæ. Quia lenta conſilia non ſunt idonea bello.

Cap. XXII.

De Ariſtocratia.

Ariſtocratia eſt ſtatus in quo excellentioribus aliquot, jus majeſtatis,

Th. 8. Ita Carthaginenſes tempore belli creabant Imperatores, qui etiam frequenter ab Hiſtoricis appellantur Reges, quales fuerunt Mago, Imilco, Hannibal, Aſdrubal & alii. Ita priſci Saxones cum haberent Ariſtocratiam conſtantem ex duodecim principibus, qui per vices adminiſtrabant Remp. ſub quo igitur exoriebatur bellum, ille conſtituebatur Rex, eamque poteſtatem ad vitæ tempus retinebat, & talis Rex Saxonum fuit Witekindus, qui per 33. annos bellum geſſit contra Carolum M.

Secunda forma Reip eſt Polyarchia, quæ eſt Reip ſpecies, ubi à pluribus, penes quos ſumma poteſtas eſt, Imperium exercetur.

Ejus ſpecies duæ ſunt, Ariſtocratia & Democratia.

Ari-

Ariſtocratia definitur th. 1. in qua definitione notanda,

1. Cauſa efficiens ejus, nimirum excellentiores, qui alio nomine dicuntur optimates, quia virtute, genere, ac meritis cæteros antiſtant, & quia optimum Reip. genus repræſentant.

2. Forma, quæ conſiſtit in numero. Nam ad conſtituendam Ariſtocratiam requiruntur aliquot optimates, ex quo ſequitur unum aliquem nunquam poſſe conſtituere Ariſtocratiam, quia Ariſtocratia nimirum non dicitur quaſi κράτεια τοῦ ἀρίστου: Imperium Optimi, ſed κράτεια τῶν ἀρίστων, Imperium optimorum. Ergo quamquam unus aliquis poſſit eſſe optimus, tamen ſi ſolus adminiſtret Remp. non Ariſtocratia, ſed Monarchia erit.

Ita Dictator apud Romanos repręſentat Imperium Monarchicum.

Quæſtio. *An duo poſſint conſtituere Ariſtocratiam?*

Reſp. Affirmatur. Si parem habeant poteſtatem & indiviſum Imperium, ac alter ab alterius conſenſu nihil agere poſſit: Hinc ſequitur duos coſſ. Romæ conſtituiſſe Ariſtocratiam.

Sed dubium manet de quibuſdam Imperatoribus Romanis, qui Collegas aſſumpſerunt. ex. gr. Antoninus Pius Collegam habuit Lucium Verum, Valentinianus Gallienum, Diocletianus Maximianum, Conſtantinus M. Licinium, & alij alios.

Diverſæ ſunt opiniones, Keckermannus exiſtimat Imperium illud fuiſſe Monarchicum, Althuſius & Honorius fuiſſe Ariſtocraticum.

Reſp. Utrumque verum eſſe poteſt ſecundum limitationes præmiſſas.

Sed cum ex Hiſtoriis certum ſit illum Imperatorem qui alium aſſumpſit ſibi Collegam, ſemper fuiſſe primarium ac ſuperiorem, id quod inprimis exemplo Diocletiani patet, ſequitur potius Monarchiam fuiſſe.

Quæſtio. *Quotnam Perſonæ requirantur ad conſtituendam Ariſtocratiam?*

Reſp. Numerus præciſe definiri non poteſt; variat enim pro quantitate & qualitate Reip. in univerſum pauci eſſe debent reſpectu Democratiæ, & multi reſpectu Monarchiæ, quo autem pauciores fuerint, eo ſtabilior ac firmior erit Ariſtocratia.

Ita apud Lacedæmonios 30 Optimates, Norib ergæ 24, & ita apud alios.

Quæſtio. *An Ariſtocratia ſit optima forma Rerump.*

Reſp. Quæſtio intelligi poteſt dupliciter, vel de optima forma Reip. conſiderata abſolutè in abſtracto & extra imbecillitatem humanæ naturæ, vel in concreto, & pro ratione conditionis hominum, qualis hodie eſt: priori reſpectu dicitur Monarchiam eſſe optimam, Poſteriori Ariſtocratia longe eſt melior. Nam Ariſtocratia eſt accommodatiſſima forma ad conditionem & imbecillitatem humanam, quæ ita eſt comparata, ut unus vix poſſit ſuſtinere onus Imperii, ac multis obnoxius ſit erroribus atque multis peccatis, contra vero plures plura vident, multorum humeris facilius geſtari & ſuſtineri onus poteſt, atque ita facillimè

jeſtatis, & imperium in cæteros conceſſum eſt.

2. Quia autem pauciores imperant in Ariſtocratia, quam Democratia; ideo etiam perfectior ſtatus eſt, propiuſque ad unitatem accedens.

3. Jus imperandi Optimatibus indiviſim competit, & omnibus ex æquo.

4. Jus convocandi collegas, poteſtas proponendi capita deliberanda, rogandi & colligendi ſuffragia, omnium conſenſu transferri debet in unum,

m[illegible]quilibrium in Rep. conſervatur.

Quæſtio. *An Imperium Germanicum ſit Ariſtocraticum?*

Reſp. Affirmat Bodin. Lib. 11. de Repub. cap. 6

Negant plerique Politici Germanici

Deciſio Arniſæi omnium eſt optima. nimirum ſtatum Imperii Germanici eſſe mixtum ex Ariſtocratia & Monarchia. Ita quidem ut Ariſtocratia præponderet, ſed Imperatori quoque ſua jura integra, & cum ſumma poteſtate relinquantur.

Theſ. 4 Ad verba in unum.

Qui appellatur Decanus Præſes vel Præſidens. Ita Collegii Electorum Præſes eſt Elector Moguntinus.

unum, qui iſto munere vel perpetuò, vel ad tempus fungatur.

5. Conſilia ſua habeant ſecreta, & imperio excidat, qui propalaverit, quæ fuerant tacenda.

6. Optimates vel ſorte eligendi ſunt (quod tamen vix locum habere debet niſi in conſtitutione imperii Ariſtocratici) vel ſuffragiis reliquorum optimatium. Hoc enim multo tutius eſt, quam ut poteſtas eligendi optimates ſit penes populum.

7. In perſonis eligendis præcipuè ſpe-

Th. 5. Tale ſilentium inprimis fuit apud Senatum Romanum, adeo ut Livius miretur Græciæ & Aſiæ Legatos, qui Romam venerant, nihil ex iis quæ Eumenes Rex Pergami in Senatu propoſuerat, reſciſcere potuiſſe.

Theſ. 6. Ad verba, vel ſorte eligendi ſunt.

Recte Author limitationem addit, quia nimir. ſors cum temere eligat, & tam in optimum quam in peſſimum cadere poſſit, regulariter locum in Ariſtocratiâ non habet, ſed eſt propria Democratiæ.

Theſ. 6. Ad verba, vel ſuffragiis reliquorum optimatum.

Ita Hardervici Magiſtratus ſuo ipſius ſuffragio eligitur, quod eſt proprium Ariſtocratiæ.

Th. 8.

ſpectari debent prudentia & virtus; ſecundariò, nobilitas, cenſus, ætas, &c.

8. Optimates autem vel ſummum habent imperium, ut Veneti, & hæc eſt Ariſtocratia propriè dicta; vel agnoſcunt aliquem in terris ſuperiorem, ut fit in multis civitatibus Germaniæ.

9. Præterea imperium optimatium aut perpetuum eſt, aut temporale.

10. Morbus hujus ſtatus eſt diſſenſio optimatium, qui, niſi tempeſtive

Theſ. 8. Ariſtocratia alia eſt ſumma ut apud Venetos, quæ nullum agnoſcit ſuperiorem, alia ſubalterna ſive ſubordinata, ut in pleriſque urbibus Germaniæ quæ Imperiales appellantur, inprimis tamen Noribergæ, ubi eſt exactiſſima forma Ariſtocratiæ ſubalternæ.

Theſ. 9. Quæſtio. *Quodnam melius?*

Reſp. Perpetuum, quod Bodinus probat exemplo Genevatum, qui perpetuos optimates habent, quia nimirum crebra Magiſtratuum mutatio propria eſt Democratiæ.

Theſ. 10. Hoc illuſtratur exemplo Reip. Romanæ, cum enim in ea eſſent tres optimates,

ſtive ſanetur, deſinit in Oligarchiam, quæ eſt Ariſtocratiæ veluti interitus.

11. Eſt autem Oligarchia, quando pauci ex Optimatibus, collegis excluſis, imperium invadunt, & pro arbitrio, contemptis legibus, reliquam multitudinem opprimunt.

12. Atque hoc ab ipſis Optimatibus metuendum eſt. A ſubditis metuendum, ne velint Ariſtocratiam mutare in Democratiam, ad quam maxime propendet multitudo & plebs.

13. Quod ne fiat, efficiant Optimates,

Pompejus, Cæſar, & Craſſus, illi conſpiratione initâ totam Remp. ad ſe traxerunt, ſub illis igitur periit Ariſtocratia Romana & converſa fuit in Oligarchiam, id eſt Imperium paucorum cæteros Optimatium opprimentium.

Theſ 12. Ariſtocratia cum poſita ſit inter duo extrema, Monarchiam & Democratiam, facili negotio mutari poteſt in alterutram. Nam ſi unus ex Optimatibus oppreſſis Collegis ſuis Remp. ad ſe unum trahat, quod Iulius Cæſar, & poſt eum Auguſtus fecerunt, fit Monarchia; ſi totus populus oppreſſis Optimatibus occupet Remp. fit Democratia.

Th. 1.

mates, ne plebs inſtigetur contra ſtatum Optimatium, graviterque animadvertant in eos qui tale quid comperti fuerint tentaviſſe.

CAP. XXIII.

De Democratia.

DEmocratia eſt ſtatus, in quo civium vel omnium, vel magnæ partis nomine, quidam ad tempus cæteris omnibus in univerſum & ſingulis

Theſ. 1. Democratia eſt populi Imperium, alio nomine communiter appellatur Reſpublica, quaſi res populi, propterea, quia omnium eſt antiquiſſima & prima, de quo ſupra dictum, cap. II. th. 1.

Theſ. 1. Ad verba, vel omnium vel magnæ partis nomine.

In Democratia Imperium eſt penes populum, non tantum à toto populo exercetur, ſed populi totius nomine quidam ab univerſis ſelecti cæteris omnibus imperant, ac ſecundum leges ſtrictiſſimè obſervandas jura Majeſtatis exercent.

Theſ. 1. Ad verba, ad tempus.

Nihil magis pugnat cum natura Democratiæ, quam Magiſtratus perpetuus atque hæreditarius. Requiritur igitur in Democratia Magiſtratus per-

gulis imperant, & jus majeſtatis, ſummamque poteſtatem exercent.

2. Democratia eſt ſtatus natura ſua imperfectiſſimus, quia longiſſime re-

petuo ſucceſſivus, atque Alternativus, liberè ex omni civium numero, non habito Nobilitatis vel divitiarum reſpectu, ſed ſolius virtutis & fidei erga patriam reſpectu ad certum & determinatum tempus electus. Democratia igitur maximè refert ſtatum naturæ, in quo nihil perpetuum, omnia fluxa, mutabilia, ſuiſque limitibus ac temporibus definita ſunt.

Theſ. 2. Imo contrarium verum eſt, & Democratia eſt ſtatus natura ſua perfectiſſimus propter duas irrevocabiles rationes.

1. Quia maxime naturalis. Prob. Quia maxime ſecundum libertatem, liberi enim liberis imperant, neque actiones gratiâ, authoritate, potentiâ, ſed ſolis legibus gubernant. Deinde iidem ſemper & imperant & parent.

2. Quia maxime ſecundum leges, à quibus in nullo ſtatu minus receditur, quam in Democratico.

Object. Authoris. At longiſſime recedit ab unitate.

Ergo eſt Imperfectiſſimus?

Reſp. Diſtinguitur inter unitatem perſonalem & realem, ſingularem & complexam. De unitate perſonali & ſingulari negatur major, ſecundum illa quæ ſunt dicta. De unitate reali & complexâ negatur Minor.

Th. 3.

recedit ab unitate. Et tamen propter ſingulares circumſtantias, ſæpe cæteris præferendus eſt.

3. In hoc ſtatu jus majeſtatis penes populum univerſum eſt, cujus arbitrio id à deputatis magiſtratibus exercetur. Et, ut compendium fiat ex-

Theſ. 3. Proprium Democratiæ eſt quod populus univerſus timeri vult, ac inſtar Monarchæ haberi, & in eo judicat ſummam libertatem, quod nihil agit ſine univerſali conſenſu omnium. Omnes autem cenſentur ubi plures ſunt.

Theſ 3. Ad verba, conſtituendi ſunt præfecti tribuum.

In Democratia cives in varios ordines diſtribuuntur, vel in Decurias, quibus Decurio, vel in Centurias quibus Centurio vel Chiliades quibus Chiliarchus &c. præeſt. vel diſtribuuntur ſecundum opificia, ſartorum, ſutorum &c ad quæ opificia omnes alii revocantur: Ita Coloniæ Agrippinæ & per civitates Helveticas fieri ſolet, ubi omnes cives ſive ſint Nobiles ſive docti ſe alicui tribui ex opificibus adjungere coguntur, ita ut Barones, Nobiles, viri docti reperiantur in tribu Sutorum vel Sartorum; hæc enim forma eſt Democratiæ, ut omnes cives ſint æquales, atque æquali ordine cenſeantur, atque hi tribuum præfecti alio nomine appellantur tribuni plebis, in Belgio viri communitatis Gemeens Mannen. penes quos eſt ſumma poteſtas in Rep. & qui ſunt Ephori ſive optimates in Democratia.

exquirendi ſuffragia ſingulorum, conſtituendi ſunt præfecti tribuum, aut claſſium quarundam, qui ſuffragium ferant ſuæ tribus aut claſſis, in deputandis magiſtratibus.

4. Natura igitur Democratiæ poſita in æqualitate honorum, juris ac libertatis; qua fit, ut alii aliis parere non velint, niſi ea lege, ut ipſi viciſſim imperent iis, quibus paruerunt.

5. Et ne hanc æqualitatem impedirent ſua autoritate illuſtres ac præſtantes viri, eos Oſtraciſmo, ut Athe-nienſes,

Theſ. 5. Quemadmodum Democratia firmatur in omnium æqualitate, ita evertitur per inæqualitatem ſive plurium, atque ita mutatur in Ariſtocratiam, ſive unius, & ita mutatur in Monarchiam. Ut igitur hoc incommodum evitaretur, variæ leges à Democratiis inventæ fuerunt, per quas illi qui Majores aliis eſſe volebant, impedirentur, ne quid damni æqualitati civium inferrent. Præcipue duo remedia inventa fuerunt, ab Athenienſibus Oſtraciſmus, à Syracuſanis Petaliſmus.

Oſtraciſmus fuit denominatus à teſtis, per quas ſuffragium ferebant Athenienſes in condemnandis reis.

Petaliſmus à foliis arborum, quibus inſcribebantur

nienſes, aut Petaliſmo, ut Lacedæmones, in exilium agebant.

6. Utile eſt in Democratia temerarias accuſationes prohiberi, item bonorum confiſcationem, ne popularium autoritas decreſcat, & opes exhauriantur, & Optimates hac ratione prævaleant.

7. Et quo melius inter cives conſervetur concordia atque amicitia, crebro convenire debent, & collegia inſti-

bantur nomina illorum, qui Senatu movebantur, quemadmodum & teſtulis ſive teſtis eorundem inſcribebantur nomina. Quotieſcunque igitur aliquis civium nimium potens videbatur, ac major cæteris, tunc Athenienſes & Syracuſani eos proſcribebant per Oſtraciſmum & Petaliſmum.

Ita Ariſtides propter ſolam juſtitiam, qua ſuperior omnibus Athenienſibus erat, Oſtraciſmo ejectus fuit.

Quamquam autem Oſtraciſmus vel Petaliſmus videatur aliquid injuſti habere, quoniam frequenter homines propter ſummam virtutem condemnantur, tamen illud quicquid eſt mali utilitate publica compenſatur, cum ſit impoſſibile ut conſiſtat Democratia, niſi ſit perpetua civium æqualitas. Exempla hujus æqualitatis duo inprimis clara ſunt: Apud Helvetios & apud Siculos Tranſylvaniæ vel Hungariæ Gentem.

Th. 8.

inſtituere, ſed ita tamen ut opes ejuſmodi viſitationibus ac conventibus non exhauriantur.

8. Populari regimini convenientiſſimum eſt, magiſtratus legere ex omnibus civium ordinibus, nulla habita ratione cenſus aut nobilitatis, ſed tantum earum virtutum, quæ in magiſtratu requiruntur.

9. Quare admodum utile fuerit primum ſuffragiis eligi duplum numerum, ex quo deinde ſorte eligantur ii, qui magiſtratum gerent. Sic enim & virtutis haberi poterit ratio, & tamen ſervabitur æqualitas. Et in ſuf-

Theſ. 8. Ex hoc iterum patet regimen Democraticum maxime eſſe ſecundum naturam, & omnium ſimpliciſſimu[illegible]c innocentiſſimum. Eſt igitur in ea proportio Arithmetica non Geometrica.

Theſ. 9. Ad verba, ſorte eligantur.
Sors eſt propria Democratiæ, quia maxime popularis, & ſine omni gratia aut favore, quemadmodum electio per ſuffragia propria eſt Ariſtocratiæ, quia in ea reſpiciuntur externa Nobilitas, divitiæ, & favor, & ſucceſſio hæreditaria propria eſt Monarchiæ.

ſuffragatione utendum eſt calculis potius, quam voce.

10. Populare imperium raro poteſt eſſe diuturnum, niſi ſapientiſſimi alicujus civis conſiliis ac nutu, regia poteſtate, non nomine, moderetur.

11. Et cum ſtatus popularis mutatur, id non ſenſim fit, ſed momento. Populus enim agit impetu quodam potius quam moderata ratione.

12. Degenerat autem Democratia, vel in Ochlocratiam atque Anarchiam, vel in Monarchiam, aut Ari-

Theſ 10. Imo Romana & Athenienſis Reſp. ſub ſtatu Democratico diutiſſimè floruerunt, ita hodie Helvetia.

Theſ. 11. Unde fit quod magnæ urbes minus conveniant ſtatui Democratico propter nimiam populi copiam. Exemplo urbis Athenienſium.

Theſ. 12. Ochlocratia eſt populi turbulenta impotentia, in qua major habetur ratio egenorum quam publicæ utilitatis.

Ab Ochlocratia proximus gradus eſt ad Anarchiam quæ confuſio & abolitio omnis regiminis, in qua neque quiſquam parere imperanti, nec quiſquam alteri imperare poſſit, eſtque tanta ejus malitia, ut ſatius ſit perferre quantumvis magnam Tyrannidem.

T. 13.

Ariſtocratiam, vel in Timocratiam, hoc eſt in ſtatum, in quo divites imperant, cæteris civibus tenuioribus excluſis.

13. Quæ incommoda ut vitentur, licentia magiſtratuum debet coërceri, ne exorbitet.

14. Contra ipſi magiſtratus magis utilitati publicæ ſtudere debent, quam gratiæ aut favori populari. Quin eos coërceant, qui populum ſibi

Theſ. 13. Ad hoc obtinendum nihil validius eſt, quam ſeveriſſima legum executio, quemadmodum patet exemplo Civitatum Helveticarum, quæ Democraticè gubernantur, & in quibus nulla venia alicujus Capitalis flagitii ſperari poteſt, de qua materia videatur Bodinus Lib. 6. c. 4. Quod ſi hoc Romæ obſervatum fuiſſet, neque tanta licentia Pompejo, Cæſari & aliis conceſſa fuiſſet, non mutari Democratia in Monarchiam potuiſſet.

Theſ. 14. Ad verba, eos coërceant, qui populum ſibi adulationibus conciliant.

Hoc factum à Romanis, qui Manlium Capitolinum, quamquam præclariſſimè de Rep. meritum, quod populi ſtudia ſibi conciliaret, de Saxo Tarpejo præcipitarunt. Unde periculoſum erat apud Romanos atque ſuſpectum, pecuniam, frumentum & alia populo diſtribuere.

Th. 1.

ſibi adulationibus conciliant, & divites cordatoſque viros calumniis onerant; & in odium atque invidiam adducunt.

CAP. XXIV.

De miſtis formis Rerumpublicarum.

HActenus actum eſt de Rebuſp. ſimplicibus; ſequuntur miſtæ. Miſce-

Theſ. 1. Quæſtio. *An dentur Reſp. mixtæ, ſive an hæ tres ſpecies Rerump. inter ſe commiſceri poßint?*

Reſp. Affirmatur. Sed

1. Per miſtionem non debet intelligi confuſio.

2. Ut recte indicetur, quænam Reſp. ſint miſtæ, diſtinguendum eſt inter formam Reip. & inter ejus adminiſtrationem. Poteſt enim ſimplex aliqua Democratia gubernari Ariſtocraticè, & tamen illa non eſt dicenda mixta, ſed ſimplex Democratia, quia nimirum jura Majeſtatis penes populum tanquam Dominum proprietarium reſident.

3. De ſimplicitate vel miſtione Rerumpub. ex ſolis juribus Majeſtatis judicandum eſt, quæ cum ſint diviſibilia conſtituunt miſtionem trium formarum Reip.

Ex.

Miſcetur aut Reſpub. vel ex Monarchia & Ariſtocratia, vel ex Ariſtocratia & Democratia, vel ex Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia.

2. Status Monarchicus cum Ariſtocratia miſtus, omnium videtur pręſtan-

Ex. gr. ſi penes ſolum Regem, omnia jura Majeſtatis ſint, & nulla pars penes populum vel optimates: Tunc illa dicitur Monarchia ſimplex, quod ſi vero quædam jura Majeſtatis competant Regi, quædam optimatibus, quædam toti populo, tunc fit miſtio ex tribus Rerump. generibus.

4 Tota igitur hujus quæſtionis difficultas ex eo pendet, an jura Majeſtatis ſint indiviſibilia, id quod negat Bodinus, ſed male, ſunt enim illa jura compoſita ex diverſis ſpeciebus, ſicut ſupra dictum. cap. V. th. 20. Diverſæ autem ſpecies ſuâ naturâ nunquam ſunt indiviſibiles, ſed maxime diviſibiles.

Exempla Rerumpub. mixtarum præcipua hæc ſunt, Reſp Lacedæmoniorum, Reſp. Romana, Reſp. Veneta, Imperium Germanicum hodiernum, Regnum Poloniæ, Regnum Daniæ, Regnum Angliæ.

Theſ. 2. Miſtæ Reſp. omnium maxime ſunt durabiles, & minus obnoxiæ diſcordiis, bellis civilibus, aliiſque malis quæ ſimplices Rerump. formas infeſtant, unde Lucius Papyrius præclare monebat Senatum populumque Romanum diſſentientem de jure Majeſtatis, ut remittendo de ſumma cujuſque mediis copularent concordiam. Deinde in Rep. mixta mutuo metu partes diſſiden-

ſtantiſſimus. Habet enim utriuſque commoda, & remedia iis malis oppoſita, quę ex utroque ſeorſim metuenda ſunt.

3. Monarcha in hoc ſtatu non habet ſummam poteſtatem. Ideoque nihil magni gerere debet, aut poteſt, ſine conſenſu optimatium.

4. Inter principem atque optimates intercedere debent quædam pacta, quibus ſe toti Reip. & ſibi invicem obſtringunt. Hæc pacta ſunt fundamentum, quo nititur hic ſtatus.

5. Princeps legi debet ab optimatibus & ex optimatibus. Idque potius occultis calculis, quam ſorte, aut ſuffragiis apertis.

6. Op-

dentes continentur, ut neque Rex contra optimates, vel populum, neque populus contra Regem vel optimates quicquam de jure poſſint. Unde difficillimum eſt aliquid in mixto ſtatu Reip. mutare ſine totius interitu, idque propter illas rationes, quæ th. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9. exprimuntur, quibus conditionibus perfectè deſcribitur ratio ſtatus mixti, ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ.

Th. 8.

6. Optimates etiam à Principe & ab Optimatibus eligendi ſunt, non ex plebe, ſed ex Optimatium liberis.

7. Princeps creatus juret Optimatibus, ſe daturum operam, ne quid Reſp. detrimenti capiat, omniaque pacta & leges fundamentales ſervaturum. Similiter & ii, qui in Optimatium collegium alleguntur, jurabunt principi.

8. Itaque princeps ſingulis Optimatibus ſuperior eſt; omnibus ſimul ſumtis, inferior. Itaque ſicut nihil ſtatuere poteſt ſine Optimatibus, ne litteras quidem Reipub. nomine ad exteros ſcribere: ita habet jus convocandi Optimates, proponendi capita conſultationis, & rogandi ſuffragia.

9. Si quid princeps deliquerit, ad Opti-

Theſ. 8. Secundum vulgarem illam Regulam, Rex ſingulis major, univerſis minor, quod intelligendum eſt de Monarchiâ mixta.

Theſ. 9. Quam ampla ſit poteſtas Optimatum in Monarchia mixta, Author hac theſi exponit, proponendo ſex gradus, quibus Optimates contra principem in caſu neceſſitatis uti poſſint: Eſtque

1. Ad-

Optimates pertinet eum monere, corrigere, reprehendere, mulctare, abdicare, imo etiam capitis damnare. Quod ſi neglexerint, culpa Reip. malè adminiſtratæ imputanda eſt etiam Optimatibus, quibus admodum turpe eſt, ita principi adulari, ut ad illius nutum loquantur.

10. Cæterum in hoc ſtatu vel Monarchia prævalet, vel Ariſtocratia.

1. Admonitio.
2. Correctio.
3. Reprehenſio.
4. Mulctatio.
5. Abdicatio.
6. Capitis damnatio.

Priores quinque uſu recepti ac ſæpiſſimè contra principes adhibiti fuerunt. Exempla quædam ſupra allata ſunt ad cap. 4. th. 10. Ad ultimum autem gradum raro deventum fuit. Extant tamen quoque exempla principum capitis damnatorum, quemadmodum Suetonius tradit in Neronem à Senatu Romano judicatum ac capitis damnatum fuiſſe, ut nimirum virgis ad mortem cæderetur.

Theſ. 10. In omni mixtione nunquam poteſt, neque debet dari perfecta æqualitas, ut nimirum par atque æqualis poteſtas ſit & penes Regem, & penes Optimates vel populum, hoc enim nihil aliud eſſet, quam ex una Rep. facere duplicem, neque miſcere ſed dividere. Debet genus prævalere

tia. Monarchia prævalet, cum princeps majorem habet autoritatem quam optimates. Quod, quando fit, ſucceſſio locum habere poteſt. At ea non poteſt habere locum, ubi prævalet Ariſtocratia.

11. Status ex Ariſtocratia & ex Democratia temperatus dicitur, in quo ita imperant optimates, ut populus etiam particeps ſit imperii.

12. Itaque in hoc ſtatu debet eſſe duplex magiſtratus, & ſuffragia duplicia, optimatium & populi. Populus cum optimatibus imperat per delegatos, qui populi vice, magiſtratu funguntur ad tempus. Tales in Repub.

lere alterutra pars, veluti in Regnis hæreditariis plerumque prævalet Monarchia, ut olim in Anglia, Scotia, Arragonia. In Regnis electivis prævalet Ariſtocratia, veluti in Polonia, in Imperio Germanico, ſicut dictum ad cap. XXII. th. 1.

Theſ. 11. Secundus modus mixtæ Reip. eſt ex Ariſtocratia & Democratia, iſque frequentiſſimus in urbibus Mercatoriis, & quæ ſingulares Reſp. conſtituunt: tales ſunt civitates Hanſeaticæ, civitates imperiales & liberæ, itemque pleræque urbes Belgicæ.

Th. 13.

pub. Romana dicebantur Tribuni Plebis.

13. Hic ſtatus idoneus eſt ad regendas ſingulas urbes, eas præſertim, in quibus mercatura viget, & opificia. nam in Monarchia, nimia licentia nobilium & aulicorum hominum moleſta eſt mercatoribus atque opificibus.

14. In regimine ſingularum urbium.

Theſ. 13. Plebis ſeu vulgi quatuor potiſſimum gradus ſunt: Agricolæ, Opifices, Tabernarii, & Mercenarii: ad hæc quatuor genera reliqui omnes ordines referuntur, ſic ad Agricolas referuntur Paſtores, item Piſcatores. Ad Tabernarios Mercatores, Caupones, & quicunque in foro emunt venduntque. Ad Mercenarios Nautæ, Tabelliones, & illa hominum colluvies, quæ aliis merce conducta inſervit. Inter hæc quatuor genera vulgi præferuntur Agricolæ. ex quibus viros fortiſſimos, ſtrenuoſque milites gigni, jam olim Cato tradidit; Et tales Agricolæ fuerunt priſci Romanorum Magiſtratus atque Duces. Sic Cincinnatus ab aratro vocatus fuit ad Dictaturam, & Marcus Attilius Regulus cum diutius agro ſuo abfuiſſet, occupatus in gerenda Rep. petiit ſibi ſucceſſorem à Senatu dari, eo quod ager tam male à ſervis coleretur, ut vix ſufficeret ad dotem unicæ filiæ.

Th. 19.

bium, præter jus naturæ & gentium, viget jus municipale, ſive leges & ſtatuta propria ſingulis urbibus.

15. Regimen ita fere inſtituitur, ut in tres ordines diviſum ſit, in ordinem ſenatorium, judicum, & popularem.

16. Numerus Senatorum non poteſt definiri certo, ſicuti neque graduum diverſitas; quæ omnia pendent à diverſis urbium inſtitutis.

17. Unus tamen inter omnes deſignari debet, qui conventus indicat, ibique præſideat, capita deliberationum proponat, ſuffragia roget, colligat, libellos ſupplices recipiat, litteras ſignet, ſigillum cuſtodiat, &c. Atque hæc etiam in ordine Judicum ſervanda ſunt.

18. Populus vel ut magiſtratus conſideratur, vel ut ſubditus.

19. Magiſtratus popularis ex toto cor-

Theſ. 19. In ſtatu populari ſuffragiis certi quidam eligendi ſunt, poſtea res ſorti committenda eſt

corpore ſuffragiis eligendus eſt, qui ad tempns, cum ordine Senatorio, imperet, & hoc agat præcipuè, ne ab optimatibus plebs vexetur iniquis tributis, aliiſve oneribus.

20. Interdum autem prædominatur Ariſtocratia, interdum Democratia. Ubi Ariſtocratia prædominatur, magiſtratus legitur ex primariis civibus: qui diligenter debent jura ſua cuſtodire, ne ſibi ea à popularibus eripiantur.

21. Si

eſt propter rationes allatas ad th. 9. cap. XXIII.

Theſ. 19. Ad verba, ne ab optimatibus plebs vexetur iniquis tributis aliiſve oneribus.

Hoc præcipuum munus fuit Tribunorum plebis apud Romanos, qui perpetuo ante fores Curiæ verſantes examinabant decreta Senatorum, ac ſi quid in illis contra libertatem plebis decerneretur, intercedebant, & promulgari decretum illud prohibebant. Tanta autem fuit Tribunorum authoritas, ut ſi vel unus diſſentiret, nihil ſtatui præterea poſſet, quod privilegium etiam apud alias gentes obtinuit: Ita apud Arragonios in Comitiis publicis ſi vel unus civium diſſenſiſſet, reliquorum omnium actiones impedire poterat, eadem hodieque ratio obtinet in Comitiis Regni Poloniæ.

21. Si plebeji collegia habent, & ordines opificiorum, eorum primicerios conſtituant ipſi optimates, & eorum etiam collegiis aliquis ex optimatibus interſit.

22. Ubi prævalet Democratia, ibi omnia ſe habent contrario modo: opifices etiam leguntur in ſenatum; iique habent ſuos conventus etiam inſciis optimatibus, quorum primicerios ipſi conſtituunt.

23. Cum hic ſtatus vitiatur aut corrumpitur, deſinit aut in Oligarchiam, aut in Ochlocratiam: illam invehunt optimates; hanc plebs, ſive populares.

24. Supereſt ſtatus ex Monarchia,

Theſ. 24. Talis ſtatus fuit in Regno Angliæ, de quo Rex Angliæ Carolus in publica declaratione ita diſſerit: tres Rerump. formæ ſunt, Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, quarum ſingulæ ſua commoda, ſua item incommoda habent. Majores noſtri quantum humanâ fieri poterat prudentiâ ita hoc Regnum temperarunt, ut omnium trium commoda, nullius incommoda haberet. Incommodum abſolutæ Monarchiæ eſt Tyran-

chia, Ariſtocratia & Democratia temperatus. Hic ſtatus videtur omnium tutiſſimus, quia duæ reliquæ formæ, tertiam impediunt, ne poſſit Remp. turbare. Et plerumque oritur hic ſta-

Tyrannis, Ariſtocratiæ factiones & diſſidia, Democratiæ tumultus, licentia, procacitas. Commodum Monarchiæ eſt unio alicujus gentis ſub uno capite contra vim externam & internam. Commodum Ariſtocratiæ eſt conjunctio optimatum pro bono Reip. Democratiæ libertas, & qui ejus fructus ſunt animoſitas ac diligentia. In Regno Angliæ leges ſimul à Rege, optimatibus, populo, ſive communitate liberis ſuffragiis conduntur: adminiſtratio Reip. ſecundum has leges Regi committitur. Et hæc Monarchia eâ tamen poteſtate limitata, ſine quâ leges & libertas defendi nequeunt, inſtructa, optimatum factiones, plebiſque tumultus impedit. Sed ne Rex tantâ poteſtate, prætextu publicæ neceſſitatis abutatur, populus habet jus negandi pecuniam, quæ nervus pacis ac belli, jus quoque accuſandi eos, qui leges libertatemque violarunt, optimates vero de legibus judicandi poteſtatem habent, medii inter Regem populumque, ut duas extremas partes à mutuo damno prohibeant: atque adeo ſicut utraque domus amplam poteſtatem habet impediendi Tyrannidem, ſic & Monarchiæ ſua Authoritas ſarta tecta conſtare debet, niſi leges fundamentales & totam Regni conſtitutionem demere velimus. Ex quibus verbis, quæ ſunt ipſius Regis, manifeſtiſſimum eſt falſum eſſe, quod multi

ſtatus, cum ſubditi Monarchiæ aut Ariſtocratiæ pertæſi ſunt.

25. Hic ſtatus convenit civitatibus, quæ ſub ſe continent ampliſſimas

rerum Anglicarum imperiti tradunt, Angliam fuiſſe ſimplicem & abſolutam Monarchiam.

Sed omnino eſt ſtatus mixtus ex Monarchiâ, Ariſtocratiâ & Democratiâ temperatus, in quo Monarchiam Rex, Ariſtocratiam domus ſuperior, Comites, Duces, Principes, ac Barones; Democratiam Domus Inferior, id eſt, Delegati, Deputati omnium Provinciarum, Urbium, Oppidorum, ac communitatum repræſentant. Inter hos tres ordines jura Majeſtatis diviſa ſunt, quamquam haud dubiè præponderet Monarchia propter duplicem rationem:

1. Quia ſolus Rex abſolutam habet poteſtatem convocandi vel non convocandi Parlamentum, illudque pro lubitu diſſolvendi vel continuandi.

2. Quia Rex habebat vocem negativam, ac niſi conſenſum ſuum præbet, ſolo diſſenſu omnia impedire poteſt.

Theſ. 25. Exemplum hujus eſt Reſp. Veneta, quæ ex Duce, Optimatibus atque etiam ex plebe componitur, tam perfecto temperamento, ut jam per undecim ſæcula ſine ulla magna mutatione ſemper auctior etiam, atque amplior reddita, perdurarit, & quanta ejus potentia & præſtantia ſit, hodierno bello Turcico ſatis oſtendunt, in quo ſoli à cæteris Chriſtianis principibus relicti, immanem illum hoſtem ſuſtinent.

Th 26.

mas ditiones, aut integris provinciis. Nam in anguſta ditione non poteſt habere locum ſplendor Monarchicus.

26. Difficile eſt, ut hic ſtatus æqualiter ſit ex tribus formis temperatus. Fit autem fere ut aut duabus una, aut uni duæ formæ prædominentur. Interdum Monarchia prædominatur, interdum Ariſtocratia, interdum Democratia, formis reliquis. Interdum contra Monarchia, aut Ariſtocratia, aut Democratia ſuperatur à formis reliquis. Idque pro natura populi, ac ratione inſtitutorum.

27. Ubi prædominatur Monarchia, non ſunt optimatibus aut Popula-

Theſ. 26. Propter rationes ſupra allatas ad th. 10. Capitis hujus. Quia nimirum in nullâ mixtione poteſt dari temperamentum ac pondus ad æqualitatem, ſicut ignis & aqua non poſſunt permiſceri æqualiter, ſed ſemper major calor eſt ignis quam aquæ etiam ferventiſſimæ. Ita in corpore humano numquam omnes quatuor humores poſſunt æqualiter temperari, ſed neceſſario unus prædominari debet.

pularibus concedendi conventus, niſi in quibus Monarcha præſideat.

28. Ubi Ariſtocratia prævalet; ibi neceſſe eſt optimates habere peculiarem poteſtatem conveniendi ſeorſim, ut deliberare poſſint de prærogativa ſua tuenda.

29. Status in quo totus populus promiſcue prędominatur Monarchię aut

Theſ. 29. Ratio, quia Democratia è Diametro Monarchiæ opponitur atque etiam Ariſtocratiæ. Duo autem extrema in ſummo gradu non poſſunt copulari ſine aliquo intermedio.

Abſoluta igitur Politicâ Generali ſequitur nunc ſpecialis, ſive Catalogus omnium Regnorum & Rerump. per totum orbem.

Monarchię ſimplices ſive abſolutæ ſunt in Imperia ſive	EUROPA	Imperia duo *Ruſſorum* ſive *Moſcovitarum*, quorum Metropolis *Moſcow. Turcarum*, Metropolis *Conſtantinopolis*.
	ASIA	*Perſicum*, Metropolis *Iſpahan Indicum*, Metropolis *Agra. Tartaricum*, Metropolis incognita. *Chinenſe*, Metropolis *Paquin*. *Japonicum*, Metropolis *Jede*.
	AFRICA	*Abyſſinum*, Metropolis incerta.

Regna

aut Ariſtocratiæ, non facile dari poteſt, nec ſi daretur, poſſet eſſe diuturnus.

30. Ita-

- Regna abſoluta in
  - EUROPA — Nullum.
  - ASIA — Per *Indiam Orientalem* innumera, qualia ſunt, *Pegu, Sian, Narſinga, Agein, Pedir, Jor, Candi* & alia.
  - AFRICA — *Fez* & *Marocco*, & quamplurima alia.
- Imperia mixta in
  - EUROPA — Imperium *Romano-Germanicum*, Metropolis *Vienna Auſtriæ*.
  - ASIA, AFRICA — Nullum.
- Regna mixta in
  - EUROPA
    - *Suedia*, Metropol. *Stokholm.*
    - *Dania*, Metr. *Coppenhagen.*
    - *Polonia*, Metr. *Cracovia.*
    - *Hungaria*, Metr. *Poſonium*, ſive *Presburg.*
    - *Bohemia*. Metr *Praga.*
    - *Anglia* Metr. *Londinum.*
    - *Scotia*. Metr. *Edenburgum.*
    - *Francia*, Metr. *Lutet. Pariſ.*
    - *Hiſpania*, Metr. *Madridum.*
    - *Portugallia*, Metr. *Lubona.*
  - ASIA, AFRICA — Nullum.

30. Itaque dicitur prædominari Democratia, cum pars populi eminentior, & genere atque opibus præſtantior, prædominatur Monarchiæ & Optimatibus.

31. Ubi

- Reſpublicæ ſub titulo generali, quæ plerumque temperatæ ſunt ex Ariſtocratia & Democratia, quamquã prędominetur alterutra in
  - EUROPA tres in
    - Germaniâ
      - *Hanſeaticarum* urbium, quarum caput eſt, *Lubeca:*
      - *Confœderati Belgii,* ſedes eſt, *Haga Comitis.*
      - *Helveticarum* Urbium, ſedes conventuum eſt, *Badena.*
    - Italia
      - *Geneva.*
      - *Luca.*
      - *Venetia.*
    - Turcia
      - *Raguſa Dalmatiæ.*
  - ASIA
  - AFRICA
  - AMERICA
    - (ASIA, AFRICA, AMERICA:) Nulla cognita.

Finis Tabularum.

31. Ubi Monarchia eminet cum Ariſtocratia, providendum eſt popularibus, ne penitus excidant regimine. Et ſic in cæteris formis, tertius ordo niti debet, ut poteſtatem tueatur ſuam, ne à duobus reliquis ordinibus, qui prævalent, penitus excludantur.

Tria problemata Politica,

PAX UNIVERSALIS
RELIGIO UNIVERSALIS
VICTORIA UNIVERSALIS

QUæritur: An unquam ſperanda ſit in mundo Pax Univerſalis & æterna? Primus error in omnibus pacibus eſt, quod dicitur iniri Pax *æterna*, quæ tamen vix paucorum annorum & rariſſimè durabilis eſt; ex quo colligitur fundamentum & munimentum talis pacis ruinoſum & debile eſſe.

Dari tamen *Pacem* Univerſalem & talem in Mundo non ſperandam modo, verum certo expectandam, ex S. Scriptura, ipſa natura, ratione humana ac conſenſu omnium ſapientum, apparet. Angeli Gabrielis prima concio ad Paſtores fuit: PAX IN TERRIS. Et una ac communis vox Prophetarum eſt, ultimis temporibus Pacem fore Univerſalem.

In-

Inſtrumentum hujus Pacis Univerſalis eſt Imperium *Oecumenicum*, quod ſub ſe complectitur omnia Imperia *Politica* quæ non niſi fructus ejus & progenies ſunt. Itaque cum ab Imperio Oecumenico fluant & cives & Agricolæ & milites & gubernatores & opes & victus & amictus & arma & omnia tam ad pacem quam bellum neceſſaria & in confeſſo apud omnes bonos Oeconomos ſit: Pacem bello meliorem: omneſque homines natura appetant id quod eſt melius & fugiant deterius: hinc conſequitur Imperium *Oecumenicum* poſſe (ſi velit ut debet) pacem Politicam è veſtigio procurare ac æternam, ſinceram ſtabilemque in ſecula tum inire tum conſervare?

II. An detur Religio Univerſalis ſive an unquam Pax Univerſalis Religioſa expectanda ſit.

Talem fore certa ſunt teſtimonia Scripturæ: *Et erit grex unus ac Paſtor unus.* Religio hodie ſciſſa eſt in IV. partes

partes contrarias: Chriſtianiſmum, Ethnicifmum, Muhammediſmum & Judaiſmum. Chriſtianiſmus iterum ſciſſus eſt in duas contradictorias partes: Romano-Catholicos ſive Papiſtas,& Euangelicos ſive Proteſtantes: hi iterum in duas factiones Lutheranos & Reformatos.

Inſtrumenta hujus pacis Religioſæ ſunt duo: *Infidelium converſio*: ita ceſſabit Ethnicifmus, Judaiſmus & Muhammediſmus: & *fidelium* (ita vocamus omnes qui baptizati ſunt & ChriſtumDeum ac redemtorem profitentum) *conciliatio*. Romano Catholici & Euangelici poſſunt facile conciliari ſi abrogetur prætenſus ille Papatus ſive Vicariatus Chriſti. 2. Si pro Concilio Tridentino, Verbum DEI ſtatuatur norma & judex Religionis. Lutherani & Reformati in omnibus articulis fidei,etiam in Sancta Cœna conveniunt & ſola laborant obſcuritate mutua,quod alter alterius mentem male percipit vel interpretatur.

tur. Igitur unum & ſolum pacis æternæ medium ac firmiſſimum vinculum eſt; ut Reges Septentrionis & Electores Principes ac ſtatus Germaniæ mutuas invectivas & condemnationes in Eccleſiis ac rixas in Academiis & Scholis Severo edicto utrique litigantium parti interdicant ac omnem vim armorum ſpiritualium contra externos hoſtes & à Chriſtiana religione adhuc devios convertant. Univerſalis igitur Religio eſt Chriſtianiſmus.

III. An detur Victoria Univerſalis? ſive an ſemper & certo victoria obtineri poſſit & omnes munitæ urbes, arces, caſtella, infallibiliter expugnari?

De poſteriori non eſt dubitandum. Non opus eſt aſino aureo Philippi Macedonis: ea adhiberi poſſunt inſtrumenta obſeſſis munimentis ut citam & promptam deditionem neceſſario & infallibiliter ſequi oporteat. Quæ autem illa ſint, noverunt

Arcti-

Architecturæ militaris & rerum naturalium periti.

Victoriam certam ac perpetuam dari in illis bellis quæ juſſu Dei, ad delendos impios geruntur ex S. ſcriptura patet. Hiſtoriæ oſtendunt populos qui pro innocentia contra injuſtam vim pugnarunt, ſemper etiam exiguiſſimis viribus fuiſſe in maximis prœliis ſuperiores.

Exemplo ſint Helvetii & eorum victoriæ ad Moregartam, Loupam, Sempach, Granſon, Murtam.

ELEN-

ELENCHUS CAPITUM IDEÆ
Doctrinæ Politicæ.

I. *De Republica in genere.* 1
II. *De Monarchia, & naturalibus Monarchæ dotibus.* 9
III. *De Eruditione Principis.* 17
IV. *De virtute morali, quæ in Principe requiritur.* 25
V. *De cauſa Principatus, ſive de modis perveniendi ad Principatum.* 40
VI *De regimine Principis in genere, deque Legibus.* 53
VII. *De Conſiliariis, aliiſque Regni adminiſtris.* 63
VIII. *De Subditorum nativitate, educatione & ſepultura.* 75
IX. *De Victu & Sanitate tuenda; de Morte & ſepultura, aliiſque rebus ad felicitatem Civium ſpectantibus.* 81
X. De *Gradibus ac Communione civium.* 88
XI. De *Iudicio Forenſi & Cenſorio.* 101
XII. De *Reditibus publicis.* 112
XIII. De *defendenda, augenda & exornanda Republica.* 119
XIV. De *Aula Principis.* 127
XV. De *Peregrinis, deque Legatis & Fœderibus.* 133

XVI.

XVI. De Bello. 146
XVII. De Belligeratione, deque belli adjunctis & effectis. 160
XVIII. De Belli ſpeciebus. 167
XIX. De Vitiis Principatus, & cauſis mutationum. 172
XX. De Religione. 182
XXI. De iis, quæ Ariſtocratiæ & Democratiæ communia ſunt. 189
XXII. De Ariſtocratia. 194
XXIII. De Democratia. 201
XXIV. De miſtis formis Rerumpublicarum. 209

FINIS.

AΦ1
1455083

Digitized by Google